 Orvietanum vulgare,  
 Mithridatium,  
 Requiem Nicolai,  
 Diaphœnicum,  
 Benedictam Laxativam,  
 Caryocostinum,  
 Electarium de Citro,  
 Diacarthami,


Confectionem Hamech,  
 Trochiscos de Agarico,  
 Pilulas Imperiales,  
 Fœtidas,

Balsamum Fioraventi,  
 Unguentum de Arthanitâ.

ZIZIPHUS, vide Jujubæ.

FINIS.





# INDEX CAPITUM

IN CODICE CONTENTORUM.

---

## PRÆPARATIONES.

- I. DE SIMPLICIUM PURGATIONE. *page* 1  
II. DE SIMPLICIUM PULVERATIONE  
ET LÆVIGATIONE. 8  
III. DE SIMPLICIUM USTIONE. 11

## COMPOSITIONES GALENICÆ.

- I. DECOCTA PRO POTU. 14  
II. DECOCTA PRO CLISTERIBUS. 19  
III. VINA MEDICATA. 21  
IV. ACETA MEDICATA. 23  
V. MELLITA. 25  
VI. SYRUPI SIMPLICES ALTERANTES. 28  
VII. SYRUPI SIMPLICES PURGANTES. 35  
VIII. SYRUPI COMPOSITI ALTERANTES. 37  
IX. SYRUPI COMPOSITI PURGANTES. 47  
X. ROB ET SAPÆ. 50  
XI. EXTRACTA. 51  
XII. GELATINÆ. 55  
XIII. ECLEGMATA. 57  
XIV. CONSERVÆ. 58  
XV. PULVERES. 61  
XVI. CONFECTIONES. 72  
XVII. ANTIDOTA. 74  
XVIII. ELECTARIA ALTERANTIA. 82  
XIX. ELECTARIA PURGANTIA. 86  
XX. TABELLÆ PURGANTES. 95  
XXI. TABELLÆ ALTERANTES. 97  
XXII. PILULÆ PURGANTES. 104  
XXIII. PILULÆ ALTERANTES. 108

XXIV. TROCHISCI PURGANTES.	111
XXV. TROCHISCI ALTERANTES.	112
XXVI. COLLYRIA.	118
XXVII. OLEA PER EXPRESSIONEM.	119
XXVIII. OLEA PER INFUSIONEM ET COC- TIONEM.	121
XXIX. BALSAMA.	130
XXX. UNGUENTA.	136
XXXI. EMPLASTRA.	148
XXXII. DE CADAVERUM CONDITURA.	168

## OPERATIONES CHYMICÆ.

I. DISTILLATIONUM MODI ET AQUÆ DISTILLATÆ SIMPLICES.	171
II. AQUÆ DISTILLATÆ COMPOSITÆ.	179
III. APPENDIX AD AQUAS.	193
IV. PHLEGMATA.	195
V. SPIRITUS VOLATILES.	ibid.
VI. SPIRITUS ACIDI.	201
VII. SALIA VOLATILIA.	207
VIII. OLEA.	209
IX. BALSAMA.	212
X. BUTYRA.	214
XI. FLORES.	ibid.
XII. TINCTURÆ.	215
XIII. SALIA ESSENTIALIA.	ibid.
XIV. SALIA FIXA ACIDA.	225
XV. SALIA ALKALIA.	228
XVI. SALIA LIXIVIALIA.	229
XVII. SALIA NEUTRA.	230
XVIII. CROCI.	235
XIX. MAGISTERIA.	237
XX. REGULI.	241
XXI. CALCES ET CALCIFORMIA.	242
XXII. VITRA.	245
XXIII. OMISSA ADDENDA SUO LOCO.	246

---



PURIFICATIO NITRI.

**Rx.** Nitri, quantum volueris.  
 Solve in sufficienti quantitate aquæ.  
 Solutionem filtra. Vaporet ad pelliculam. Pone in cellâ.  
 Concreſcent cryſtalli.

*Simili modo preparantur*

Sal Marinum,  
 Alumen.

LOTIO SULPHURIS.

**Rx.** Sulphuris communis integri, libras quatuor.  
 Liquefiat in ollâ fictili, affunde,  
 Aquæ ferventis, libras ſex.

Bulliant per horæ quadrantem. Repone. Decanta. Sulphuri ſuperſtiti reafſunde eandem alterius aquæ ferventis quantitatem. Bulliant iterùm. Repone, decanta ut ſuprà, idque quatuor-decies repete. Sic elotum Sulphur in ollâ fictili ritè coopertâ ſtet in clibano per horas duas, ut illius calore olei inſtar eliqueſcat. Ollâ refrigeratâ & effractâ denſatum Sulphur exime, & in pollinem redige.

HYDRARGYRI PURIFICATIO.

Hydrargyrus in alutâ includatur ſub noduli formâ: fiat fortis ligatura. Deindè exprimatur fortiter aluta, ita ut per ejus poros Hydrargyri guttulæ tranſtillent. Sic totus tranſit Hydrargyrus argenteo colore nitens, ſordibus in alutâ relictis.

PURIFICATIO GUMMI AMMONIACI.

**Rx.** Gummi Ammoniacy, quantum volueris.  
 Solve igne leni in  
 Aceti acerrimi, quantitate ſufficienti.

Solutionem lacteſcentem pluries cola per linteum rarum, fortiter exprimendo. Colatura vaporet ad extracti conſiſtentiam.

*Simili modo præparentur*

Galbanum,

Sagapenum,

Opopanax,

Bdellium.

## PURGATIO STYRACIS.

**Rx.** Styracis liquidæ quantum volueris.  
Per setaceum trajiciatur.

## CORRECTIO EUPHORBII.

**Rx.** Euphorbii pulverati quantum volueris.  
Mitte in Matratium. Affunde succum citrei depuratum ad eminentiam quatuor digitorum.

Digere igne arenæ, identidem agitando donec Euphorbium appareat dissolutum. Cola per linteum mundum, & Balneo Maris vaporet ad siccitatem.

## DIACRYDIUM GLYCYRRHISATUM.

**Rx.** Scammonii Alepensis pulverati quantum volueris.  
Agita in Mortario marmoreo, sensim affundendo decoctum fervens Glycyrrhisæ, donec lactescat. Liquorem lacteum effunde. Novum decoctum affundito. Procede ut dictum, & repete, donec fæces nigricantes in fundo solæ remanserint. Liquores misce. Vaporent Balneo Maris ad siccitatem.

## SARCOCOLLÆ PRÆPARATIO.

**Rx.** Sarcocollæ quantum volueris.  
Maceretur in lacte muliebri per viginti quatuor horas. Posthac sicca, & serva.

ESULÆ PRÆPARATIO.

**Rx.** Corticis medii radice Esulæ quantum volueris.  
 Macera in aceto forti per viginti quatuor horas.  
 Exime, & sicca.

*Simili modo parantur*

Radices Ari,

Ellebori utriusque,

tum Folia Laureolæ.

PRÆPARATIO CANTHARIDUM.

**Rx.** Cantharides quot volueris.  
 Acerri aceti vapore suffoca in nodulo suspensas.  
 Tum exsicca, & in fictili reconde.

MILLEPEDUM PRÆPARATIO.

**Rx.** Asellos sylvestres coloris argentei quot volueris.  
 Vino albo ablue. Exsicca, & serua.

LUMBRICORUM PRÆPARATIO.

**Rx.** Lumbricos terrestres floridos quot volueris.  
 Mitte in ollam fictilem, ut terram eructare incipiant:  
 tum aquâ ablue, & iterum ad eructationem reponantur,  
 idque repete, donec sordes omnes deposuerint. Dein in vino  
 albo per duodecim horas maceratos exsicca.

*Simili modo parantur*

Scarabæi,

Limaces.

PRÆPARATIO ADIPUM.

**Rx.** Adipis cujusvis recentis quantum volueris.  
Fibras & venulas exime. Concide minutim, & in  
mortario marmoreo quassa. Elue multoties ex aquâ purâ.  
Igne lento liquetur in vase idoneo. Cola, & reconde.

*Simili modo parabuntur*

Sebum,

Axungia,

Medullæ.

Nota usûs tempore ejusmodi præparationes fieri debere.

TEREBINTHINÆ LOTIO.

**Rx.** Terebinthinæ Venetæ unciâs duas.  
Mitte in aquæ Rosarum unciâs sex.  
Agita spathâ, & exime. Semel & iterum idem repete, aquâ  
renovatâ.

TEREBINTHINÆ COCTIO.

**Rx.** Terebinthinæ Venetæ unciâs duas.  
Coque ex aquæ Raphani sufficienti quantitate  
ad Colophonix duritiem. Exime, & serva.

SUCCI DEFOECATI.

**Rx.** Herbarum recentium, florum, aut fructuum  
quantum volueris.  
Contunde in mortario marmoreo pistillo ligneo; vel  
abrade pro rei naturâ. Mitte in saccum. Prælo exprime.  
Succum finito residere; limpidum decanta, vel trajice per  
Manicam.

Nota primò succos, qui clarescere, vel coqui debent.  
cum saccharo vel melle; aut admisceri unguentis, vel Em-  
plastris, defœcari non indigere.

Secundò, succos vinosos soli exponendos, ut clarescant.

Tertiò, plantis aridis ferventem aquam addendam esse, viscosis ignem moderatum esse necessarium.

Quartò, delectum habendum esse vasorum; succi enim acidi colorem mutant in vasis æneis, aut ferreis.

Quintò, succos defœcatos servari debere in vasis vitreis colli longioris, superaffuso oleo.

### PRÆPARATIO CATECHU.

**Rx.** Catechu selecti & contriti quantum volueris.  
 Aquæ calentis quantitatem sufficientem.  
 Infunde per aliquot horas ad perfectam dissolutionem. Cola per setaceum. Colatura per residentiam defœcata vaporet ad siccitatem Balneo Maris.

### MODUS PARANDI SERUM LACTIS.

**Rx.** Lacti vaccini, vel alterius animalis recens multæ  
 libras quatuor.  
 Mitte in vas figulinum. Admisce.

Coaguli vituli, prius ex aquæ cochleari uno aut altero perfectè soluti drachmam semi.

Vas coopertum colloca supra cineres calidos per aliquot horas, donec lac densè coierit. Serum decanta, & coagulum impone craticulæ vimineæ, ut serum uberius exstillet. Tum serum omne per linteum mundum semel & iterum trajice.

### MUCAGINUM EXTRACTIO.

**Rx.** Seminis Psyllii libram unam.  
 Aquæ tepentis libras sex.  
 Macera per viginti quatuor horas supra cineres calidos, identidem agitando spathâ lignèâ; donec aqua albumine ovi paulo plus lentescat. Tum trajice per linteum, & fortiter exprime.

*Simili modo extrahuntur*

Mucagines Lini,

Fœnigræci,

Cydoniorum,

Tum aliorum seminum, fructuum,

& radicis Althææ sectæ prius & elixatæ.



DE SIMPLICIUM  
PULVERATIONE ET LÆVIGATIONE.

---

## PRÆPARATIO LIMATURÆ FERRI.

**Rx.** Limaturæ ferri à sordibus purgatæ quantum volueris.  
Supra porphyritem lævigetur, donec reducatur in Al-  
kool.

*Simili modo præparantur*

Lapis Hæmatites,  
Magnes,  
Hardefiæ.

## PRÆPARATIO BATITURÆ FERRI.

**Rx.** Batituræ ferri pulveratæ quantum volueris.  
Aquâ sæpius abluc. A sordibus expurgata, tum & supra  
porphyritem læviga, & serva.

## PRÆPARATIO OCULORUM CANCRO RUM.

**Rx.** Oculorum cancrorum genuinorum pluries aquâ flu-  
viatili lotorum, tum siccatorum quantum volueris.  
Redige in pulverem, posthac agita supra porphyritem,  
instillando identidem aquam communem, usquedum in  
pultem tenuissimam lævigetur. Effinge Trochiscos in umbrâ  
exsiccandos.

*Simili modo præparabuntur*

Cretæ,  
Margaritæ,  
Coralla,  
Testacea,

Fragmenta

Fragmenta lapidum pretiosorum,  
 Succinum,  
 Mater perlarum,  
 Putamina ovorum.

Nota. Primò, ex his alia in ferreo, alia in marmoreo mortario terenda esse.

Secundò, testacea lotionè majori indigere.

Tertiò, ovorum putamina primùm leviter & diu con-  
 quassari debere; deinde aquâ plurimâ ferventi multoties la-  
 vari, ita ut omnes eorum membranulæ aquæ innatantes cum  
 aquâ decantentur, remanentibus in fundo solis putami-  
 nibus.

#### PRÆPARATIO LITHARGYRI.

**Rx.** Lithargyri pulverati quantum volueris.  
 Cum aquâ tere in mortario. Aquam, cum turbida  
 fuerit, separa, & in vase idoneo repone. Remanenti materiæ  
 aquam alteram affunde; Iterum tere, & aquam turbidam  
 factam super priorem effunde. Idque toties repete, donec  
 totam materiam exhauseris. Tum aquam omnem effusam  
 decanta, & Lithargyrum in fundo vasis remanentem ex-  
 sicca, & serva.

#### PRÆPARATIO CORNU CERVI.

**Rx.** Cornu Cervi integri quantum volueris  
 Scobina derade. Scobem exsiccatum tere in mor-  
 tario. Trajice per sericeum. Pollinem serva.

*Simili modo præparentur*

Ebur,  
 Unicornu,  
 Cranium humanum,  
 Dens Apri,  
 Mandibula Lucii,  
 Pes Alcis,  
 Os è corde Cervi,  
 Boyis.

## PRÆPARATIO CORNU CERVI PHILOSOPHICA.

**Rx.** Apices cornu Cervi quot volueris.  
 Mitte in vas idoneum. Affunde aquæ communis  
 quantitatem sufficientem.

Vase ritè obturato bulliant per quinque circiter horas; posthac aquam projicito. Alteram illicò affunde. Bulliant ut prius, donec exterior pellicula scalpello facilè detrahatur, tum medulla quoque extrahatur. Quibus demptis, apices sicca.

## ALBUM GRÆCUM.

**Rx.** Stercoris canis ossibus nutriti quantum sufficit.  
 Exsiccatum supra marmor læviga; tum aquâ Bursæ  
 pastoris in trochiscos effinge.

*Simili modo parari potest*

Stercus pavonis cum aquâ Pæoniæ  
 Anseris cum aquâ Cichorii.

## FOECULA BRYONIÆ.

**Rx.** Radicis Bryoniæ recentis quantum volueris.  
 Quassa in mortario marmoreo. Excipe sacco canna-  
 bino. Prælo exprime. Succus in vase vitreo reponatur. Intra  
 paucos dies subsidet amyli instar fœcula, decantato liquore,  
 in umbrâ exsiccanda.

*Simili modo parantur*

Fœculæ Ari,  
 Ireos, &c.

DEPOSITUM  
 1773

DE SIMPLICIUM USTIONE.

ALUMINIS USTIO.

**Rx.** Aluminis crudi quantum volueris.  
Mitte in patinam ferream vel fictilem non vitratam.  
Igne nudo calcina.

Vide etiam, *SPIRITUS ET PHLEGMA ALUMINIS*, in hoc Codice descripta.

PLUMBI CALCINATIO,

unde CALX sive PLUMBUM USTUM.

**Rx.** Plumbi crudi libram unam.  
Inde patellæ terreae non vitratae. Patellam pone super carbonibus accensis, ut plumbum liquefiat. Rudiculâ agita, & horæ dimidiæ spatio abibit in pulverem subnigrum, & erit plumbum ustum. Si continuetur ignis, pulvis evadet flavus.

SPONGIÆ USTIO.

**Rx.** Spongiæ nondum in usum vocatae, in clibano exsiccatae, & ab arenulis repurgatae quantum volueris.

Crema igne aperto per horam in ollâ fictili coopertâ non vitratâ. Pulvera, & serva.

*Non absimili modo uruntur*

- Pili Leporis,
- Pila marina,
- Hirundines,
- Bufones,
- Cancri fluviatiles,
- Talpæ,
- Ecinacci.

## SPODIUM SIVE EBUR USTUM.

**Rx.** Eboris frustula. quot volueris.  
Mitte in ollam fictilem non vitratam. Combure ad  
albedinem in fornace. Tere in mortario marmoreo, & super  
marmore læviga, instillando aquam rosarum, & inde for-  
mentur trochisci.

*Simili modo parari potest*  
Cornu Cervi.

## PRÆPARATIO LAPIDIS LAZULI.

**Rx.** Lapidis Lazuli electi quantum volueris.  
Candescat inter prunas. Aquâ communi extingue.  
Semel atque iterum id repete. Posthac supra porphyritem  
læviga cum aquâ borraginis.

*Simili modo parari potest*  
Lapis Judaicus,  
Armenus,  
Calaminaris,  
Tuthia,  
Pumex.

## TORREFACTIO RHEI.

**Rx.** Rhei electi pulverati quantum volueris  
Mitte in patinam argenteam vel ferream. Impone  
igni moderato, identidem spathâ movendo, donec fuscum  
colorem acquisiverit. Serva ad usum.

*Simili modo torrefiunt*  
Myrobalani,

## COCTIO SCYLLÆ.

**Rx.** Scyllas recentes, ablatis corticulis exterioribus &  
radicibus, quot volueris.

Singulas farinâ aquâ subactâ involve, deinde in clibano coquantur, donec festucâ penetrari se sinant. Tum singularum squammæ crustâ nudatæ, demptis membranulis, pin- sentur, & per setaceum trajiciantur.

## SCYLLÆ EXSICCATIO.

**Rx.** Segmenta scyllæ, ea nempe quæ media sunt corticem inter & cor. Filo trajice à se invicem discreta. Tunc in umbrâ exsiccantur.

## DECREPITATIO SALIS.

**Rx.** Salis marini quantum volueris. Projice per vias in ollam fictilem non vitratam, candentem, vase cooperto. Fiat decrepitatio.

## SPONGIA PRÆPARATA.

**Rx.** Spongiæ substantiæ tenuis, vulgo *Eponge fine*, exsic- catæ & ab arenulis repurgatæ quantum volueris. Cerae flavæ liquefactæ immerge, & prælo fortiter exprime. Frigefactam exime.





Florum Papaveris rhæados,  
Tussilaginis, ana drachmam unam.

Decanta.

DECOCTUM APERIENS.

**Rx.** Radicum Graminis,  
Fragariæ,  
Taraxaci,  
Oxalidis, ana unciam semi-

Coque in aquæ communis libris quatuor  
ad consumptionem quartæ partis. Sub finem adde Glycyrrhizæ rasæ & contusæ drachmas duas.

Decanta, & dissolve nitri depurati drachmam unam.

DECOCTUM RUBRUM APERIENS.

**Rx.** Radicum Fragariæ,  
Taraxaci,  
Heryngii,  
Oxalidis,  
Cichorii sylvestris, ana unciam unam.  
Rubiæ tinctorum unciam semi-

Foliorum Borriginis,  
Buglossi,  
Fumariæ,  
Scolopendrii,  
Agrimonii, ana uncias duas.

Coque in aquæ communis libris quindecim  
ad quintæ partis absorptionem. Decanta.

DECOCTUM ASTRINGENS.

**Rx.** Oryzæ lotæ unciam unam.  
Rasuræ Cornu Cervi,  
Eboris, ana unciam semi-  
Radicum Tormentillæ,

Bistortæ contusarum, ana drachmas tres,  
 Coque in aquæ communis libris sex  
 ad consumptionem tertiæ partis.

Sub finem adde Glycyrrhiæ rasæ & contusæ  
 drachmas duas,

Cola.

### DECOCTUM ALBUM.

**Rx.** Cornu Cervi ad albedinem usti & trochiscati  
 unciam semī  
 Micæ panis albissimi unciās duas.  
 Coque leviter in aquæ communis libris sex.  
 Cola & edulca sacchari albissimi quantitate sufficienti.  
 Adde aquæ Naphæ vel aquæ Cinnamomi hordeatæ  
 drachmas duas.

### DECOCTUM SUDORIFERUM.

**Rx.** Ligni sancti in scobem acti unciam unam semī.  
 Macera calidè per duodecim horas in aquæ com-  
 munis libris decem.  
 Adde Chinae unciam unam.  
 Salsæparillæ unciās duas.  
 Coque ad tertiæ partis consumptionem. Sub finem adde  
 Ligni sassafras drachmas tres,  
 Glycyrrhiæ rasæ & contusæ drachmas sex,  
 Cola.

### DECOCTUM AMARUM.

**Rx.** Summitatum Centaurii minoris,  
 Scordii, ana drachmas sex  
 Radicis Gentianæ, drachmam unam  
 Seminum Citrei,  
 Cardui benedicti contusorum, ana  
 drachmas duas.  
 Coque leviter in aquæ communis libris quatuor.  
 Cola.

DECOCTUM

DECOCTUM FEBRIFUGUM.

**Rx.** Corticis Peruviani crassiusculè triti  
 unciam unam semi.  
 Nitri depurati drachmam unam.  
 Bulliant in aquæ communis libris tribus  
 ad tertiæ partis consumptionem. Cola.

DECOCTUM AROMATICUM  
 CUM ET SINE VINO PRO FOTU.

**Rx.** Summitatum floridarum Anthos,  
 Rutæ,  
 Salviæ,  
 Hyssopi  
 Lavandulæ,  
 Absinthii,  
 Origani,  
 Thymi,  
 Foliorum Lauri,  
 Florum Rosarum rubrarum,  
 Chamæmeli,  
 Meliloti,  
 Sambuci,  
 Salis Ammoniaci, ana drachmas duas.  
 Vini rubri generosi, vel  
 Aquæ communis libras quinque.  
 Bulliant leviter vase clauso. Cola & serva.

EMULSIO.

**Rx.** Quatuor Seminum frigidorum majorum mundato-  
 rum drachmas duas.  
 Papaveris albi,  
 Lactucæ, ana drachmam unam.  
 Amygdalas dulces excorticatas numero quatuor.

Tere in mortario marmoreo pistillo ligneo , instillando primùm aquæ limpidaë pauxillum : tum exquisitè subactis sensim affunde aquæ fluviatilis      libras duas.  
Cola, & edulca

Sacchari Candi      drachmis sex;





## DECOCTA PRO CLYSTERIBUS.

### DECOCTUM EMOLLIENS.

**Rx.** Foliorum Betæ,  
 Maluæ,  
 Althææ,  
 Mercurialis,  
 Violarum,  
 Senecionis,  
 Acanthi,  
 Parietariæ.

Ex his plantis elige tres vel quatuor magis obvias, cu-  
 jusque, unciam unam.

Coque in aquæ communis sufficienti quantitate  
 pro uno Clystere.

### DECOCTUM CARMINATIVUM.

**Rx.** Decocti Emollientis quantitatem sufficientem  
 pro uno clystere.  
 Seminum Fœniculi,  
 Anisi, ana drachmam unam.  
 Anethi, drachmam semi.  
 Florum Chamæmeli,  
 Meliloti, ana drachmas duas.  
 Coque secundum artem, & cola.

### DECOCTUM DETERGENS.

**Rx.** Hordei integri uncias duas.  
 Coque ad crepaturam in aquæ communis  
 sufficienti quantitate.  
 C ij

Adde Furfuris macri unciam semi.  
 Foliorum Agrimonii unciam unam.  
 Leviter bulliant. Cola pro uno Clystere.

## DECOCTUM ASTRINGENS.

**Rx.** Foliorum Verbasci,  
 Argentinae,  
 Plantaginis,  
 Bursae pastoris,  
 Centinodiae, ana unciam unam.  
 Coque leviter in aquae communis  
 sufficienti quantitate  
 pro uno Clystere. Cola.

## DECOCTUM REFRIGERANS.

**Rx.** Radicis Nymphaeae in taleolas sectae unciam semi.  
 Foliorum Lactucae,  
 Portulacae,  
 Endiviae, ana unciam unam.  
 Coque in sufficienti quantitate aquae communis pro  
 uno Clystere. Cola.





## VINA MEDICATA.

## VINUM ABSINTHITES.

**Rx.** Summitatum floridarum siccarum Absinthii utriusque mundatarum & incisarum libras quatuor.  
Immitte in doliolum centum librarum capax.  
Impleatur doliolum musto recenter expresso. Reponere in cella vinaria ad fermentationem. Hâc peractâ liquorem decapula, & in vasis diligenter obturatis serva.

VINUM ALIUD ABSINTHITES  
QUOVIS TEMPORE PARABILE.

**Rx.** Foliorum exsicicatorum utriusque Absinthii, ana drachmas sex.  
Affunde vini albi libras quatuor.  
Macerata frigidè in matratio per viginti quatuor horas.  
Cola & serva.

## VINUM ENULATUM.

**Rx.** Radicis Enulæ campanæ siccae & crassiusculè tritæ unciam unam semi.  
Vini Hispanici libras duas.  
Infunde per aliquot dies, agitando identidem. Serva cum fœcibus.





## ACETA MEDICATA.

## ACETUM ROSACEUM.

**Rx.** Rosarum rubrarum semi expansarum, sereno tempore collectarum, & demptis calicibus, per triduum in umbra exsiccatarum libram semi.

Aceti optimi libras duodecim.

Insolentur per dies quindecim in vase vitreo ritè obturato. Acetum cola, exprime fortiter & serva.

*Simili modo parentur.*

Aceta florum Calendulæ,  
Caryophyllorum,  
Rorismarini,  
Salviæ,  
Sambuci,  
Dracunculi hortensis.

## ACETUM SCYLLITICUM.

**Rx.** Segmentorum Scyllæ albæ, eorum nempe, quæ sunt corticem inter & cor, filo trajectorum, & in umbra per quadraginta dies siccatorum uncias octo

Contundantur pistillo ligneo. Mittantur in lagenam, super affusis Aceti vini albi libris octo.

Vas ritè obturatum expone æstivo tempore radiis solaribus per quadraginta dies. Posthac cola. Prælo exprime, acetumque à facibus residendo expurgatum in lagenis diligenter occlusis serva.

## ACETUM THERIACALE.

**Rx.** Species Aquæ Theriacalis in hoc Codice descriptæ.  
Fiat maceratio in loco calido, vel insolatio per  
mensē in aceti optimi librīs octo.

Cola & exprime fortiter.

In expresso solve Theriacæ unciās octo.

Macera per mensē in loco calido. Cola iterum, &  
serua.



MELLITA.



## OXYMEL SCYLLITICUM.

**Rx.** Mellis despumati libras quatuor.  
 Aceti scyllitici libras duas.  
 Coque ut supra.

## MEL NENUPHARINUM.

**Rx.** Florum Nymphææ integrorum libras duodecim.  
 Aquæ communis libras viginti-quatuor.  
 Fervefiant ad florum coctionem. Fiat colatura sine ex-  
 pressionem.  
 Dissolve Mellis optimi libras duodecim.  
 Trajice per pannum: coque in consistentiam Mellis

## MEL ROSATUM SIVE RHODOMEL.

**Rx.** Florum Rosarum rubrarum exsiccatarum libram semi.  
 Infunde per horas duodecim in aquæ calidæ libris sex.  
 Exprime. Colato adijce  
 Mellis optimi libras quatuor.  
 Coquantur simul. Clarifica ex ovi albumine. Cola, & in  
 Syrupi consistentiam redige.

## MEL VIOLATUM.

**Rx.** Florum Violarum recentium integrorum libram unam.  
 Macera per duodecim horas in aquæ calidæ libris octo.  
 Cola, & exprime. Expresso adde  
 Mellis optimi libras quatuor.  
 Coque despumando ad Syrupi consistentiam.



\*\*\*\*\*

# SYRUPUS.

## SYRUPUS SIMPLICES ALTERANTES.

### SYRUPUS VIOLACEUS.

**Rx.** Florum Violarum recentium mundatorum  
libras quatuor.  
Ponantur in vas terreum vitratum, capax & profundum,  
superaffunde.

Aquæ ferventis libras octo.

Coopertum vas supra cineres calidos detineatur per qua-  
tuor circiter horas. Cola, & fortiter exprime. Per residen-  
tiam infusum depufetur & decantetur, quod vase fictili vi-  
trato aut faventino exceptum, cum Sacchari albissimi du-  
plo, igne lenissimo, coque in Syrupi consistentiam.

*Simili modo parabuntur*

Syrupi Florum Tunicæ seu Caryophyllorum.  
Papaveris rhœados.

### SYRUPUS ROSARUM SICCARUM.

**Rx.** Rosarum rubrarum exungulatarum, arefactarum  
in umbrâ libram semis.

Macerentur per viginti-quatuor horas supra cineres ca-  
lidos in aquæ communis tepentis libris quatuor.

Liquorem decanta. Dissolve

Sacchari optimi libram unam,

pro singulis infusi libris; & coque in Syrupum,

## SYRUPUS DE NYMPHÆA.

**Rx.** Florum Nymphææ alborum mundatorum, id est  
virente & herbaceâ, necnon flavâ parte rejectâ, ab  
a. quot diebus siccescentium libras duas.

Infunde per duodecim horas in

Aquæ communis ferventis circiter libris sex.

Bulliant. Colatura leviter expressa clarificetur cum Sac-  
chari tantundem. Coque in Syrupum.

## SYRUPUS DE TUSSILAGINE.

**Rx.** Florum Tussilaginis recentium cum pediculis  
libram unam.

Infunde per duodecim horas in

Aquæ purissimæ ferventis libris sex.

Bulliant leviter. Colentur, & cum

Sacchari libris tribus.

Fiat Syrupus.

*Simili modo parabitur*

Syrupus de Hispidulâ.

## SYRUPUS CAPILLORUM VENERIS.

**Rx.** Capillorum Veneris Canadensium unciam unam.

Infundantur per duas horas in

Aquæ calentis libris sex.

Colatura clarescat cum sacchari albi libris quatuor.

Fiat ex arte Syrupus, aquâ Naphæ si lubet aromatisandus.

*Simili modo parabitur*

Syrupus Rorisfolis.



*Simili modo conficiuntur*

Syrupi de Cichorio,  
 Apio,  
 Portulacâ,  
 Borragine,  
 Buglossô.

*Simili modo parantur adhuc*

Syrupus de Urticâ minore,  
 Millefolio,  
 Cochleariâ,  
 Nasturtio,  
 Beccabungâ,

usurpando succos per residentiam solam defœcatos.

## SYRUPUS DE LIMONIBUS.

**Rx.** Succi Limonum recentium expressi & per subsiden-  
 tiam defœcati uncias octodecim.  
 Sacchari albissimi libras duas.

In vase terreo Saccharum cum succo prædicto dissolve,  
 & erit Syrupus.

*Simili modo parantur*

Syrupi Berberis,  
 Oxytriphylli,  
 de Acetosâ,  
 Granatis,  
 Agrestâ,  
 Pomis,  
 Cydoniis,  
 Cerasis,  
 Tribus fructibus,  
 Ribesiis,  
 Acetositate Citrei.

## SYRUPUS DE ALTHÆA.

**Rx.** Radicum Althææ mundatarum, recentium, in orbiculos sectarum uncias sex.  
 Infunde per sex horas in aquæ ferventis libris octo.  
 Cola. Adde Sacchari tantundem. Clarifica subinde, & coque in Syrupum.

*Non absimili modo parari possunt*

Syrupi de Symphyto,  
 Cynoglossò cum foliis,  
 Napis.

SYRUPUS DE PAPAVERE ALBO;  
 VULGO DIACODIUM.

**Rx.** Caput Papaveris albi maturorum siccatorum, libram unam.  
 abjectis seminibus, libris viginti-quatuor,  
 Coque in aquæ purissimæ libris viginti-quatuor,  
 ad tertiam partem remanentem. Cola, exprime fortiter.  
 Clarifica, & cum Sacchari libris quatuor,  
 Fiat Syrupus.

## SYRUPUS DE MORIS.

**Rx.** Mororum maturitati proximorum libras sex.  
 Sacchari albissimi, ana  
 Coque Saccharum in consistentiam Electarii solidi. Tum adde Mora integra.  
 Post levem ebullitionem ponantur super setaceo; in subjectam pelvim stillabit Syrupus.

*Simili modo parabitur*

Syrupus Frambœsiorum.

## SYRUPUS DE CORTICE CITREI.

**Rx.** Corticum exteriorum Citrei vel  
 Limonum uncias quinque.  
 Aquæ purissimæ ferventis libras duas.  
 Macera per horas viginti-quatuor. Colaturæ adde  
 Sacchari albissimi libras duas.  
 Coque in Syrupum, qui refrigeratus aromatizetur ex-  
 pressionem segminum aliquot recentis corticis exterioris  
 Citrei.

*Eodem modo paratur*

Syrupus de Cortice Arantiorum

## SYRUPUS DE KINAKINA.

**Rx.** Corticis Peruviani crassiusculè triti uncias tres.  
 Bulliant in aquæ limpidaè libris quatuor  
 ad tertiæ partis consumptionem.  
 Infunde per viginti-quatuor horas.  
 Colaturæ expressæ adde Sacchari libram unam semi.  
 Coque in Syrupum.

## SYRUPUS DE KINAKINA CUM VINO.

**Rx.** Corticis Peruviani triti uncias tres.  
 Infunde in vini rubri generosi libris tribus.  
 Macera per duos tresve dies identidem agitando. Infusum  
 per manicam trajice, quod cum Sacchari albi in aquæ  
 nucum soluti, & in Electarii solidi consistentiam cocti du-  
 plo permisce, & fiet Syrupus.


## SYRUPUS DE CASCARILLA.


**Rx.** Cascarillæ pulveratæ uncias tres.  
 Mitte in vas idoneum. Affunde  
 Spiritus vini rectificati quantitatem sufficientem,  
 ut fiat massa. E

Post aliquot horas adde vini albi odori libras duas.  
 Infunde in loco calido per biduum, vase ritè obturato,  
 identidem agitando. Fiat colatura, & cum Sacchari in ta-  
 bellæ consistentiam cocti libris tribus.  
 Fiat Syrupus, secundum artem.

### SYRUPUS DE CINNAMOMO.

**Rx.** Aquæ Cinnamomi hordeatæ libram unam.  
 Sacchari albißimi libras duas.  
 Misce ex Balneo Maris. Fiat Syrupus secundum artem.  
*Simili modo parabis*  
 Syrupum florum Arantiorum cum aquâ Naphæ,  
 Alexandrinum cum aquâ Rosarum.





## SYRUPI SIMPLICES PURGANTES.

### SYRUPUS ROSARUM PALLIDARUM.

**Rx.** Florum Rosarum pallidarum recentium, mundato-  
rum, libras duas.

Infunde per horas duodecim in  
Aquæ tepentis, libris octo.

In vase terreo vitrato, angusti oris, hocque operculato.  
Expresso parem florum quantitatem adde; infunde similiter.  
Ter idipsum repete. Colatura per manicam trajecta, dimidiâ  
Sacchari quantitate additâ, clarificetur, & coquatur in Sy-  
rupum.

*Simili modo parabitur*  
Syrupus florum Persicorum.

### SYRUPUS DE NICOTIANA.

Eodem modo paratur ac *SYRUPUS DE FUMARIA* in hoc  
Codice descriptus.

### SYRUPUS DE RHAMNO CATHARTICO.

**Rx.** Succi è baccis maturis Rhamni Cathartici expressi  
& per residuum defæcati, libras tres.

Sacchari albi, libras duas.

Coque in Syrupum.

### SYRUPUS DE SCAMMONIO.

**Rx.** Scammonii electi crassiusculè triti,  
Liquiritiæ rasæ & contusæ, ana drachmas sex.

Ireos Florentinæ, drachmam semis.

Infunde per tres dies in  
Spiritus vini rectificati, librâ semis,

\* E ij

Aquæ communis, librâ unâ;  
 Coletur tinctura, & cum  
 Sacchari albi pulverati, libris duabus,  
 Fiat evaporatio ad Syrupi consistentiam.

SYRUPUS STIBIATO-EMETICUS.

**Rx** Vini Emetici, ana libram unam.  
 Sacchari albi, ana libram unam.  
 Coque in Syrupum.





Adde sub finem coctionis

Cinnamomi,

Zinziberis,

Calami odorati, ana drachmas duas.

Quæquidem aromata raro in linteo ligata, in Syrupo appensa sint.

### SYRUPUS DE ERYSIMO.

**Rx.** Erysimi totius recentis uncias duodecim.  
 Radicum Enulæ Campanæ,  
 Tussilaginis recentis,  
 Glycyrrhizæ rasæ,  
 Hordei integri,  
 Passularum mundatarum, ana uncias duas.  
 Herbarum Borriginis,  
 Cichorii, ana uncias tres.  
 Capillorum Veneris unciam unam semi.  
 Florum Violarum,  
 Borriginis,  
 Buglossi,  
 Rorismarini,  
 Steechados, ana unciam semi.  
 Seminis Anisi drachmas sex.

Incisis incidendis, contundendis contusis, fiat omnium decoctum secundum artem in

Aquæ communis libris duodecim  
 ad libras sex, in colato dissolve

Succi Erysimi libram semi.

Sacchari albi libras tres.

Mellis optimi despumati libram unam.

Clarifica. Coque in Syrupum.

## SYRUPUS DE ARTEMISIA.

<b>Rx.</b>	Foliorum Artemisiæ		uncias sex.
	Radicum Iridis,		
	Helenii,		
	Rubiæ,		
	Pæoniæ,		
	Levistici,		
	Fœniculi,	ana	unciam semi.
Herbarum	Pulegii,		
	Origani,		
	Calaminthes,		
	Nepetæ,		
	Melissophylli,		
	Sabinæ,		
	Sampfuci,		
	Hyssopi,		
	Prassii,		
	Chamædryos,		
	Hyperici,		
	Parthenii,		
	Betonicæ,	ana	uncias tres.
Seminum	Anisi,		
	Petroselini,		
	Fœniculi,		
	Ocimi,		
	Dauci,		
	Rutæ,		
	Nigellæ,	ana	drachmas tres.
	Contusa omnia macerentur per viginti-quatuor horas, in		
	Hydromelitis		libris octodecim.
	Coquantur ad medias. Colatura cum		
	Sacchari		libris quinque
	percoquatur in Syrupum condiendum		
	Cinnamomi		unciâ unâ.
	Spicæ Nardi		drachmis tribus
	nodulo inclusis.		







## SYRUPUS CORALLIORUM.

**Rx.** Coralliorum rubrorum præparatorum unciâs tres.  
 Succî Berberis defœcatissimî libram unam semi.  
 Digere igne arenæ per quatuor dies in vase idoneo, idem-  
 tidem vas commovendo. Tincturam decanta.

Tum

**Rx.** Caputum Papaveris albi abjectis seminibus, unciâ unam semi.  
 Granorum Kermes drachmas duas.  
 Aquæ fontanæ libram unam semi.  
 Coque ad medias. Cola, fortiter exprime. Colatum misce  
 cum tincturâ Coralliorum; & cum  
 Sacchari ad Electarii solidi consistentiam cocti,  
 libris quatuor semi,

fiat Syrupus.

## SYRUPUS DE KARABE.

**Rx.** Succini citrini,  
 Opii Thebaïci, ana quantum volueris.  
 In scutellâ terreâ moderato igne, succinum crassè pul-  
 veratum lentescendo liquefcat. Sub finem adde opium in  
 leolas concisum, quod etiam similiter liquefiat.

Tum utrumque spathulâ ferreâ diligenter misceatur, donec  
 in massam abierit nigricantem.

**Rx.** Hujus massæ pulveratæ drachmas duas.  
 Infunde in aquæ ferventis libris duabus.

Bulliant leviter per horæ quadrantem. Cola refrigera-  
 tum liquorem per manicam; & cum

Sacchari librâ unâ semi,  
 fiat ex arte Syrupus.

## SYRUPUS DE TESTUDINIBUS RESUMPTIVUS.

<b>Rx.</b>	Carnis Testudinum	libram unam.
	Hordei mundati	uncias tres.
	Carnis Dañtilorum	uncias duas.
	Passularum Damascenarum,	
	Glycyrrhizæ rasæ, ana	unciam unam.
	Sebesten,	
	Jujubas, ana	numero duodecim.
	Nucleorum Pineorum,	
	Pistaciorum, ana	unciam unam.
	Fructuum Cacao ex arte ustulatum,	
	Seminum Bombacis,	
	Melonum,	
	Cucumeris,	
	Citrulli, ana	unciam semi.
	Lactucæ,	
	Malvæ,	
	Papaveris albi, ana	drachmas duas.
	Foliorum Ungulæ Caballinæ,	
	Pulmonariæ, ana	uncias duas.
	Florum Violarum,	
	Nenupharis, ana	unciam unam.
	Fiat decoctum ex arte in aquæ	libris quindecim,
	ad medias. Colatum clarificatum cum	
	Sacchari Rosacei	libris quatuor,
	coque in Syrupum, aromatizandum guttis aliquot Olei	
	Citreorum stillatitii.	

## SYRUPUS DE VIPERIS ROBORANS.

**Rx.** Viperas numero duodecim.  
 Santali citrini,  
 Cinnamomi, ana uncias duas.  
 Radicum Chinæ,  
 Salsæparillæ, ana unciam unam.  
 Cardamomi minoris,  
 Nucis Moschatæ,  
 Ligni Aloës, ana drachmas duas.

Viperæ recens mactatæ & in partes sectæ coquantur in aquæ communis libris duabus, ad quartæ partis residuum, & exprimantur.

Radices chinæ & falsæparillæ concisæ per horas duodecim supra cineres calidos maceratæ cum aquæ communis libris duabus, coquantur ad medias, & colentur.

Aromatis verò crassiusculè tritis & in alembico positis, superaffunde


Vini albi optimi,  
 Aquæ Naphæ, ana libras duas,  
 fiatque per distillationem ex arenâ unciarum decem vel circiter aquæ spirituosæ extractio, quæ in Syrupi consistentiam reducatur solâ dissolutione Sacchari Candi pulverati ad sufficientem quantitatem.

Exin

**Rx.** Supradictum jus viperarum, decoctum chinæ & falsæparillæ, liquoremque ex distillatione in fundo vasis superstitem colatum. Misceantur simul; clarificentur, cum

Sacchar libris tribus.  
 percoquantur in Syrupum crassiorem, qui priori frigidè permixtus aromatizetur Tincturæ Ambari unciâ unâ,  
 atque inde pluribus lagenulis exceptus usui recondatur.





SYRUPI COMPOSITI  
PURGANTES.

SYRUPUS DE ROSIS PALLIDIS  
CUM SENNA ET AGARICO.

**Rx.** Infusionis Rosarum pallidarum quater repetitæ &  
defœcatae libras octo.  
Foliorum Sennæ mundatorum uncias quatuor.  
Agarici electi & incisi uncias duas.  
Seminis Anisi contusi unciam semi.  
Zinziberis drachmas duas.  
Tartari albi contusi unciam semi.  
Fervefiat prius senna cum tartaro. Tum infundatur  
agarius cum semine anisi & zinzibere per horas viginti-  
quatuor. Colatura subinde fiat cum expressione, cui adde  
Sachari albi libras quatuor.  
Clarifica. Coque in Syrupum.

SYRUPUS DE CICHORIO.

**Rx.** Radicum Cichorii sylvestris uncias quatuor.  
Taraxaci,  
Graminis, ana unciam unam semi.  
Foliorum Cichorii sylvestris uncias sex.  
Agrimonii,  
Lactuce,  
Taraxaci,  
Fmarie  
Lupuli, ana uncias tres.  
Scolopendrii,

Polytrici,  
Adianthi nostratis,  
Cuscutæ,

Baccarum seu fructuum Halicacabi, ana uncias duas,  
coque in aquæ libris viginti,  
ad libras duodecim. In colaturâ dissolve

Sacchari optimi libras sex.

Clarifica, & coque ad consistentiam mellis spissioris. Tum

**Rx.** Aquæ stillatitiæ Cichorii libras octo.  
In quâ infunde, vase clauso, Balneo Maris, per viginti-  
quatuor horas.

Rhei electi minutim effracti uncias octo.

Santali citrini,

Cinnamomi, ana unciam sem.

Colatura fortiter expressa addatur prædicto syrupo, eique  
exquisitè misceatur, & igne lento perquoquatur in Syrupum.

### SYRUPUS DE POMIS.

**Rx.** Foliorum Orientalium mundatorum uncias octo.  
Seminis Fœniculi unciam unam.  
Caryophyllorum drachmam unam.

Infunde per diem solidum in

Succorum Pomorum redolentium libris quatuor.

Borraginis,

Buglossi depuratorum, ana libris tribus.

Postea semel aut bis fervefiant. In expresso colato, & cla-  
rificato dissolve

Sacchari optimi libras quatuor.

Coque in Syrupum.

SYRUPUS MERCURIALIS,  
VULGO *Syrop de langue vie.*

**Rx.** Succorum Mercurialis libras duas,  
Borraginis,  
Buglossi, ana libram semi.  
Radicum Ireos nostratis uncias tres.  
Gentianæ uncias duas.  
Mellis optimi albi libras sex.  
Vini albi libram unam semi.

Radices contusæ macerentur in vino albo per viginti-  
quatuor horas.

Cola. Liquetur mel, & succis misceatur; factâque levi  
ebullitione, cola per Manicam. Ambo liquores simul per-  
mixti coquantur in Syrupum.

SYRUPUS MAGISTRALIS ASTRINGENS.

**Rx.** Rhei electi tenuiter concisi unciam unam semi.  
Santali citrini,  
Cinnamomi, ana drachmam unam.  
Myrobalanorum citrinarum unciam unam.

Macerentur per duodecim horas supra cineres calidos in  
aquæ Plantaginis libris duabus.

Cola. Tum

**Rx.** Rosarum rubrarum exsiccatarum uncias duas.  
Balauftiorum unciam unam.  
Succorum Berberis,  
Ribesiorum, ana uncias quatuor.

Macerentur per duodecim horas supra cineres calidos in  
aquæ Rosarum libris duabus.

Fiat colatura cum expressione. Ambæ colaturæ simul mix-  
tæ cum

Sacchari albissimi librâ unâ semi,  
coquantur secundum artem in Syrupum.



# ROB ET SAPÆ.

## ROB SAMBUCI.

**Rx.** Succi expressi ex baccis maturis Sambuci  
quantum volueris.

Coque Balneo Maris ad mellis consistentiam.

*Simili modo parantur*

- Rob ex Uvis,
- Ribesiis,
- Cerasis,
- Cydoniis,
- Berberis,
- Rhamno Cathartico,
- Ebulo,





# EXTRACTA.

## EXTRACTUM JUNIPERI.

**Rx.** Baccarum Juniperi libras duas.  
 Biduo vel triduo macerentur in  
 Aquæ ferventis libris octo.

Bulliant per duas horas. Exprime. Liquor residendo defœcatus coletur per Manicam, & vaporet Balneo Maris ad Extracti consistentiam.

## EXTRACTUM RHABARBARI.

**Rx.** Rhei electi concisi libram semi.  
 Mitte in vas idoneum. Affunde aquam limpida  
 ferventem, ad eminentiam quatuor digitorum. Digere per  
 duodecim circiter horas. Bulliat leviter. Liquorem expri-  
 me. Materiæ superstiti affunde iterum

Aquæ ferventis sufficientem quantitatem.  
 Digere ut supra. Cola, fortiter exprimendo.

Tincturas simul mixtas filtra. Vaporent Balneo Maris  
 ad Extracti consistentiam.

*Simili modo fiunt*

Extracta Agarici,  
 Colocynthidis,  
 Hellebori nigri,  
 Gentianæ,  
 Heleni.

## EXTRACTUM FUMARIÆ.

**Rx.** Fumariæ quantum vis  
 Bulliat in aquæ quantitate sufficienti  
 Colatura vaporet Balneo Maris, ad mellis crassitudinem  
*Eodem modo fiunt.*

Extracta Absinthii,  
 Cardui benedicti,  
 Buglossi,  
 Borriginis,  
 Cichorii,  
 Trifolii fibrini,  
 Melissæ,  
 Lupuli.

## EXTRACTUM KINAKINÆ.

**Rx.** Kinakinæ pulveratæ libram unam.  
 Vini rubri generosi libras tres.  
 Fiat massa per duas tresve horas digerenda, cui affunde  
 Aquæ ferventis libras decem.  
 Bulliant per duas horas. Colatura vaporet Balneo Ma-  
 ris ad Extracti consistentiam, sub finem addendo  
 Vini Hispanici libram unam.  
*Simili modo parantur*  
 Extracta Jalappæ,  
 Cascarillæ,  
 Chinæ, &c.

## EXTRACTUM SENNÆ.

**Rx.** Foliorum Sennæ Alexandrinæ mundatorum libram semi.  
 Bulliant leviter in aquæ libris octo,  
 donec bulliendo fundum vasis petant.  
 Tum trajice per Manicam. Vaporet liquor Balneo Ma-

ris ad Extracti consistentiam.

*Simili modo parantur*

Extracta Centaurii minoris,

Scordii,

Gratiolæ,

Chamædryos.

## EXTRACTUM ALOES.

**Rx.** Aloës Soccorinæ contritæ, quantum vis.  
Mitte in vas idoneum, affundendo

Succi Rosarum vel

Decocti Florum Violarum, sufficientem quantitatem.

Solve & digere Balneo-maris per sex circiter horas. Lique-  
rem decanta, & cola. Vaporet Balneo-maris ad Extracti  
consistentiam.

*Eodem modo parari potest*

Extractum Gummi guttæ.

## EXTRACTUM OPII,

SEU LAUDANUM.

**Rx.** Opii frustulatim dissecti, quantum vis.  
Aquæ pluvialis purissimæ ferventis,

quantum sufficit

ad supereminentiam quatuor digitorum.

Macera per horas aliquot. Bulliant leviter, identidem agi-  
rando. Decanta, & recentem aquam magmati superaffunde.  
Idem repete, donec nulla succedat tinctura. Tincturas omnes  
confusas filtra; vaporent Balneo-maris ad consistentiam Ex-  
tracti spissioris.

## ELATERIUM.

**Rx.** Fructus maturos Cucumeris sylvestris cum pediculis, quot vis.

Quassa ex arte in mortario marmoreo. Affunde

Aquæ ferventis,

quantum sufficit.

\* G iij.





GELATINÆ.

GELATINA CYDONIORUM.

**Rx.** Cydoniorum integrorum maturefcentium libras sex.

Infrusta concide. Bulliant in aquæ libris quindecim,  
ad dimidiæ partis consumptionem.

Colaturam clarifica ex ovi albumine cum

Sacchari libris quinque.

Coque leni igne, & repone in loco frigido, ut in Ge-  
latinam concrefcat.

*Simili modo parari potest*

Gelatina Pomorum, &c.

GELATINA VIPERARUM.

**Rx.** Viperas vivas pelle recens nudatas exenteratas quot volueris.

Seca in partes. Mitte in ollam fictilem vitratam, oper-  
culo clausam, ut artis est.

Coquantur igne lento in

Aquæ fufficienti quantitate

per quinque circiter horas. Calens decoctum coletur cum  
expressione forti. Vaporet Balneo Maris. Repone in loco  
frigido, ut in Gelatinam concrefcat.

GELATINA CORNU CERVI.

**Rx.** Rasuræ Cornu Cervi libram sem.  
Aquæ purissimæ libras sex, plus minus,  
habitâ ratione tempestatis.

Coque secundum artem ad medias, vase cooperto. Cola  
& fortiter exprime. Colaturam clarifica ex ovi albumine  
cum Sacchari

& Vini, ana circiter uncias quatuor.

Aromatiza flavedine Citrei recentis digitis expressâ. Re-  
pone in loco frigido, ut in Gelatinam concreseat.



\*\*\*\*\*


# E C L E G M A T A .

## ECLEGMA SIVE LOOCH.

**Rx.** Pulveris Liquiritæ exquisitæ                      drachmam semi.  
 Superaffunde  
 Aquæ communis ferventis                      uncias quatuor.  
 Et cum Amygdalis dulcibus excorticatis,                      numero sex,  
 Fiat ex arte Emulsio. Tum

**Rx.** Gummi Tragacanthi tenuissimè pulverati                      grana viginti.  
 Sensim affunde lac amygdalinum supradictum, iden-  
 tidem agitando in mortario marmoreo ad mucilaginis  
 spissitudinem. Sensim admisce  
 Syrupi Diacodii,  
                     Althææ Fernelii,                      ana                      unciam semi.  
 Olei Amygdalarum dulcium                      unciam unam.  
 Sub finem adde  
 Aquæ Nymphææ circiter                      drachmas duas.  
 Fiat Eclegma.





# CONSERVÆ.

## CONSERVA VIOLARUM.

**Rx.** Florum Violarum recentium mundatorum,  
 Sacchari pulverati, ana libram semi.  
 Simul contunde in mortario marmoreo, addendo  
 Sacchari albi in Electarii solidi consistentiam cocti  
 libram unam.

Fiat Conserva secundum artem.

*Simili modo conficiuntur*

Conservæ florum Calendulæ,  
 Borriginis,  
 Buglossi,  
 Tunicæ,  
 Præoniæ,  
 Malvæ,  
 Nenupharis,  
 Papaveris rhœados,  
 Primulæ veris,  
 Keiri,  
 Lili convallium,  
 Arantiorum mundatorum explicato-

rum.

## CONSERVA ROSARUM.

**Rx.** Rosarum rubrarum recentium, nondum omnino  
 explicatarum, exungulatarum uncias quatuor.  
 Macerentur in  
 Aquæ ferventis librâ unâ.

Coletur sine expressione liquor, qui rejiciendus est.  
 Tum flores madidos exprime fortiter; postea contunde

in mortario marmoreo pistillo ligneo. Interim in liquore expresso coquantur

Sacchari albi ad Electarii solidi consistentiam  
 uncia octo.

Tum misce rosas contusas extractè. Trajiciantur per setaceum secundum artem.

CONSERVA BETONICÆ.

**Rx.** Florum Betonicæ recentium mundatorum  
 libram unam.

Tunde in pilâ lapideâ pistillo ligneo. Adde postea

Sacchari albi ad Electarii solidi consistentiam cocti  
 libras duas,

& agitatione jugi spathulâ ligneâ misceantur.

*Similiter sunt*

Conservæ florum Anthos,  
 Salvix,  
 Tilix,  
 Hispidulæ, sive Pedis cati,  
 Genistæ,  
 Hyssopi,  
 Tussilaginis,  
 Melissæ,  
 Summitatum Absinthii,  
 Hederæ terrestris.

CONSERVA APII.

**Rx.** Summitatum Apii recentium unciâs duas.

Incidantur & contundantur in mortario marmoreo ad pultis consistentiam; postea misceantur exactè cum

Sacchari albi ad Electarii solidi consistentiam cocti  
 unciis octo.

Fiat Conserva secundum artem.

## CONSERVA COCHLEARIÆ.

**Rx.** Foliorum Cochleariæ ,  
 Sacchari albissimi , ana uncias duas.  
 Simul pinfendo contunde in mortario marmoreo , do-  
 nec Conservæ formam acquisiverint.

*Simili modo parantur*

Conservæ Acetosæ ,  
 Oxytriphylli.

## CONSERVA CYNORRHODON.

**Rx.** Pulpæ fructuum Cynorrhodôn libram unam.  
 Sacchari albi ad Electarii solidi consistentiam cocti  
 libram unam semi.  
 Misce , fiat Conserva secundum artem.

## CONSERVA RADICIS HELENII.

**Rx.** Radicum Helenii recentium mundatarum  
 quantum vis.  
 Macera per aliquot horas in aquâ ferventi , quâ rejectâ ,  
 coquantur in alterâ ad putrilaginem , & per setaceum  
 trajiciantur.

**Rx.** Hujus Pulpæ libram semi.  
 Sacchari albi in decocto radicum ad Electarii so-  
 lidi consistentiam cocti , libram unam.  
 Misce , fiat Conserva secundum artem.

*Sic parantur*

Conservæ radicum Eryngii ,  
 Angelicæ ,  
 Satyrii ,



# PULVERES.

## PULVIS ANTISPASMODICUS.

**Rx** Radicum Pæoniæ maris,  
           Valerianæ minoris sylvestris,  
 Seminis ejusdem Pæoniæ,  
 Radicis Diptamni albi,  
 Ligni visci querni,  
 Ungulæ Alcis,                   ana           unciam semis.  
 Seminis Atriplicis,                   drachmas duas.  
 Cranii Hominis violentâ morte perempti, nec hu-  
 mati,                                   drachmas tres.  
 Corallii rubri,  
 Succini flavi,  
 Cornu Cervi crudi,                   ana  
   drachmam unam semis,  
   drachmam unam.  
 Cinnabaris nativæ,                   drachmam unam.  
 Fiat omnium Pulvis tenuissimus.

## PULVIS DE GUTTETA VULGARIS.

**Rx** Radicis Pæoniæ maris,  
 Seminis ejusdem,  
 Diptamni albi,  
 Visci querni,                   ana           unciam semis.  
 Seminis Atriplicis,                   drachmas duas.  
 Cranii humani,                   drachmas tres.  
 Corallii rubri præparati,  
 Hyacinthorum præparatorum,                   ana  
   drachmam unam.  
 Ungulæ Alcis præparatæ,                   unciam semis.  
 Foliorum Auri,                   drachmam unam.  
 Misce, fiat Pulvis.



## PULVIS HALI.

**Rx.** Seminum Papaveris albi drachmas quinque.  
 Cydoniorum,  
 Quatuor frigidorum majorum mundato-  
 rum, ana drachmas tres semi.  
 Portulacæ,  
 Malvæ,  
 Bombacis,  
 Althææ, ana drachmas duas semi.  
 Amyli,  
 Gummi Arabici,  
 Tragacanthi,  
 Liquiritiæ rasæ,  
 Rasuræ Eboris, ana drachmam unam semi.  
 Penidiorum uncias tres & drachmas quinque semi.  
 Fiat Pulvis secundum artem ex tempore parandus.

## PULVIS DIAMARGARITI FRIGIDI,

**Rx.** Margaritarum electarum præparatarum drachmas tres.  
 Seminum quatuor frigidorum majorum munda-  
 torum,  
 Acetofæ,  
 Endiviæ,  
 Portulacæ,  
 Papaveris albi,  
 Mali Citrei mundatorum,  
 Trium Santalorum,  
 Ligni Aloës,  
 Rosarum rubrarum ab unguibus expurgatarum,  
 ana drachmam unam,  
 Florum Nymphææ,  
 Buglossi,  
 Borraginis,  
 Violarum,



Rhei electi,  
 Spodii ex Ebore præparati,  
 Radicis Glycyrrhizæ siccæ,  
 Seminum Portulacæ,  
 Intybi, ana drachmas duas.  
 Quatuor frigidorum majorum munda-  
 torum, ana drachmam unam semi.

Fiat omnium Pulvis.

### PULVIS CONTRA VERMES.

**Rx.** Seminis contra,  
 Corallinæ,  
 Seminum Absinthii vulgaris,  
 Tanacetii,  
 Portulacæ,  
 Mali Citrei,  
 Foliorum Scordii,  
 Persicorum siccatorum; ana  
 quantum vis.

Fiat omnium Pulvis.

### PULVIS E CHELIS CANCRORUM.

**Rx.** Apicum nigrorum Chelarum Cancrorum  
 uncias tres.  
 Oculorum Cancrorum fluviatilium,  
 Coralli rubri,  
 Succini albi, præparatorum,  
 Cornu Cervi philosophicè præparati, ana  
 unciam unam.  
 Margaritarum præparatarum,  
 Lapidis Besoardici Orientalis, ana unciam semi.  
 Gelatinæ Viperarum quantum sufficit.  
 Misce ut fiat massa, in globulos dividenda, cautè siccandos.

## PULVIS ABSORBENS.

**Rx.** Vitrioli Martis grana sex.  
 Testarum Ostræorum præparatarum,  
 Oculorum Cancrorum fluviatilium præparatorum,  
 Coralli rubri præparati,  
 Antimonii diaphoretici,  
 Cinnabaris nativæ, ana scrupulum semi.  
 Laudani opiatum granum unum.  
 Olei Caryophyllorum guttam unam.  
 Misce. Fiat Pulvis ex tempore parandus.

## PULVIS DIAMBRÆ.

**Rx.** Cinnamomi acuti,  
 Zedoariæ,  
 Caryophyllorum,  
 Macis,  
 Nucis Moschatæ,  
 Malabathri,  
 Galangæ minoris, ana drachmas tres.  
 Ligni Aloës,  
 Santali citrini,  
 Corticum Citrei siccatorum, ana drachmas duas.  
 Ligni Sassafras,  
 Cardamomi majoris,  
 minoris,  
 Ambræ cineritiæ, ana drachmam unam.  
 Fiat omnium Pulvis tenuissimus.

## PULVIS LÆTIFICANS.

**Rx.** Croci optimi,  
 Zedoariæ,  
 Xiloaloës,  
 Caryophyllorum,

Corticis mali Citrei ficci,  
 Galangæ minoris,  
 Macis,  
 Nucis moschatae,  
 Styracis calamitæ,  
 Seminum Ocimi caryophyllati, ana  
 drachmas duas semi.

Anisi,  
 Rasuræ Eboris,  
 Thymi,  
 Epithymi,  
 Margaritarum præparatarum, ana drachmam unam.  
 Ossis è corde Cervi,  
 Caphuræ,  
 Ambaræ cineritiæ, ana drachmam semi.  
 Moschi Orientalis,  
 Foliorum Auri,  
 Argenti, ana scrupulum semi.

Fiat Pulvis secundum artem.

PULVIS VIPERINUS.

**Rx.** Truncorum, Cordium & Hepatum Viperarum in  
 umbrâ siccatorum, & minutim incisorum  
 quantum vis.

Fiat Pulvis ex tempore parandus.

PULVIS PANNONICUS.

**Rx.** Boli Armenæ,  
 Terræ Lemniæ, præparatarum, ana  
 unciam unam semi.

Margaritarum Orientalium,  
 Lapidum Hyacintorum.  
 Smaragdorū,  
 Saphyrorū,  
 Rubinorum,

Coralli rubri,  
 Albi, præparatorum,  
 Radicum Tormentillæ,  
 Doronici,  
 Dictamni albi,  
 Santali citrini,  
 Rasuræ Unicornu,  
 Eboris, ana unciam semi.  
 Corticis Citrei exterioris sicci,  
 Seminis Acetosæ, ana drachmas tres.  
 Cinnamomi acuti drachmam unam.  
 Caryophyllorum,  
 Croci, ana drachmam semi.  
 Folia Auri numero viginti-quinque.

Fiat ex arte Pulvis.

PULVIS ARI COMPOSITUS.

**Rx.** Radicum Ari præparatorum unciâs duas;  
 Acori vulgaris,  
 Pimpinellæ saxifragæ, ana unciam unam.  
 Oculorum Cancrorum præparatorum unciam semi.  
 Cinnamomi acuti drachmas tres.  
 Salis Absinthii,  
 Juniperi, ana drachmam unam,  
 Batituræ Ferri in pulverem tenuissimum redactæ unciam unam;

Fiat omnium Pulvis.

PULVIS DE CHALYBE.

**Rx.** Limaturæ Ferri præparatæ unciâs duas;  
 Cinnamomi drachmas sex.  
 Myrrhæ unciam semi.  
 Radicum Aristolochiæ rotundæ,  
 Rubiæ majoris,  
 Pimpinellæ saxifragæ, ana drachmas duas;  
 Seminum Levistici,

Rutæ,  
 Apii,  
 Seseleos, ana drachmam unam semi,  
 Summitatum Thymi,  
 Origani,  
 Matricariæ,  
 Calaminthes montanæ,  
 Pulegii,  
 Artemisiæ,  
 Hyssopi,  
 Prassii,  
 Melissophylli,  
 Betonicæ,  
 Nepetæ,  
 Sabinæ, ana drachmas duas,  
 Macis scrupulos duos,

Fiat omnium Pulvis.

PULVIS ASTRINGENS  
 ET CONTRA ABORTUM.

**Rx.** Radicum Tormentillæ,  
 Symphyti majoris,  
 Bistortæ, ana drachmas tres.  
 Florum Balauftiorum,  
 Granorum Kermes, ana drachmas duas.  
 Seminum Plantaginis,  
 Berberis, ana drachmam unam.  
 Rasuræ Eboris drachmam unam semi.  
 Sanguinis Draconis drachmas duas.  
 Mastiches drachmam unam.  
 Succini,  
 Boli Armenæ,  
 Terræ sigillatæ,  
 Coralli rubri, præparatorum, ana  
 drachmam unam semi.  
 Catechu extracti scrupulos duos.

Laudani

grana sex.

Fiat omnium Pulvis.

## PULVIS STERNUTATORIUS.

**Rx.** Foliorum siccatorum Majoranæ,  
 Betonice, ana  
 drachmas duas.  
 Pulegii,  
 Nerii,  
 Radicis Ireos Florentinæ,  
 Fructuum Hippocastani siccatorum, recens scobinâ  
 deraforum, ana drachmam unam.  
 Radicis Hellebori albi,  
 Florum Lili convallium, ana drachmam semi.  
 Fiat omnium Pulvis.

## PULVIS CONTRA RABIEM.

**Rx.** Foliorum Rutæ,  
 Verbenæ,  
 Salviæ,  
 Plantaginis,  
 Polypodii,  
 Absinthii vulgaris,  
 Menthæ,  
 Artemisiæ,  
 Melissophylli,  
 Betonice,  
 Hyperici,  
 Centaurii minoris, ana quantum vis.  
 Legantur singula quo tempore viribus pollent maximis.  
 Papyro seorsim involuta in umbrâ siccentur, terantur, &  
 fiat Pulvis.

PULVIS CORNACHINI.

**Rx.** Diacrydii ,  
Cryfallorum Tartari ,  
Antimonii diaphoretici , ana quantum vis.  
Fiat omnium Pulvis.

SACCHARUM VERMIFUGUM.

**Rx.** Mercurii è Cinnabari redivivi unciam unam.  
Sacchari albissimi uncias duas.  
Tere simul in mortario marmoreo , donec mercurius  
fit penitus extinctus.





libras duas & uncias septem.

Lapides , coralla , margaritæ , bolus Armena , terra figillata , tum cætera in tenuissimum pulverem redacta , excepto croco , misceantur ; interim crocus tenuissimè pulveratus cum syrupo limonum tepente exquisitè dissolvatur , ita ut colorem aureum acquirat.

Pulveres addantur ; quibus perfecte mixtis , auri & argenti bracteolæ ex arte superponantur , cultello ligneo dividantur & misceantur.

Nota hanc Confectionem sine ambaro & moscho esse quoque præparandam , sicque usurpandam , nisi completa præscribatur.

### CONFECTIO ALKERMES.

**Rx.** Ligni Aloës ,  
 Cinnamomi acuti , pulveratorum , ana  
 drachmas sex.  
 Ambari cineritii ,  
 Lapidis Lazuli præparati , ana drachmas duas.  
 Margaritarum præparatarum , unciam semi.  
 Foliorum Auri drachmam unam.  
 Moschi scrupulum unum.  
 Syrupi Kermesini exquisiti Balneo Maris calefacti,  
 & per setaceum trajecti libram unam.

Misce. Fiat Confectio secundum artem.

Nota hanc Confectionem sine ambaro & moscho esse quoque præparandam,





Terebinthinæ Chia, ana drachmas sex.  
 Radicum Gentianæ,  
     Acori veri,  
     Mei Athamantici,  
     Valerianæ majoris,  
     Nardi Celticæ,  
 Foliorum Chamæpithyos,  
     Chamædryos,  
     Malabathri,  
 Comarum Hyperici,  
     Polii montani,  
 Amomi racemosi,  
 Carpobalsami,  
 Cardamomi minoris,  
 Seminum Ammeos,  
     Thlaspeos,  
     Anisi,  
     Fœniculi,  
     Seseleos Massiliensis,  
 Succorum Hypocystidis,  
     Acaciæ,  
 Styracis calamitæ,  
 Gummi Arabici,  
     Sagapeni,  
 Terræ Lemniæ,  
 Chalcitidis ustæ, ana unciam semi.  
 Radicis Aristolochiæ tenuis,  
 Comarum Centaurii minoris,  
 Dauci Cretici,  
 Opopanacis,  
 Galbani,  
 Castorei,  
 Bituminis Judaïci, ana drachmas duas  
 Mellis Narbonensis despumati triplum.  
 Vini Hispanici, quantitatem sufficientem  
 dissolvendis succis, & gummi diluendis.

Mel in vino Hispanico dilutum coquatur. Opium vino

senfim diluatur. Gummi & reliqui succi simul vini sufficienti quantitate dissolvantur.

Primò opium dilutum cum toto melle permisceatur ; post succus glycyrrhizæ solutus ; deinde gummi ; postea chalcitis ; tandemque balsamum ; tritique pulveres non affatim , sed paulatim adjiciantur.

Massa verò ritè subacta per annum in vase clauso ad fermentationem reponatur.

### THERIACA DIATESSARON.

**Rx.** Radicum Gentianæ ,  
 Aristolochiæ rotundæ ,  
 Baccarum Lauri ,  
 Myrrhæ electæ , ana unciâs duas.  
 Mellis optimi despumati ,  
 Extracti Juniperi , ana unciâs duodecim.  
 Fiat ex arte Electarium.

### THERIACA COELESTIS.

**Rx.** Extracti Opii drachmas sex.  
 Croci Orientalis drachmam unam.  
 Styracis calamitæ drachmas tres.  
 Myrrhæ electæ unciam semi.  
 Galbani ,  
 Mastiches ,  
 Opopanacis, purissimorum, ana scrupulos duos.  
 Castorei scrupulum unum.  
 Extractorum Cardui benedicti ,  
 Centaurii minoris ,  
 Scordii ,  
 Tormentillæ ,  
 Contrayervæ ,  
 Angelicæ Boemicæ, ana unciam semi.  
 Vincetoxici ,  
 Valerianæ majoris ,

Gentianæ ,  
 Aristolochiæ rotundæ , ana  
 drachmas tres.  
 Resinæ Ligni Aloës ,  
 Ladani ,  
 Guaiaci , ana drachmam unam.  
 Zedoariæ ,  
 Camphoræ , ana scrupulum semi.  
 Oleorum Macis ,  
 Cinnamomi ,  
 Cardamomi ,  
 Cubebæ ,  
 Caryophyllorum ,  
 Corticis Citrei ,  
 Juniperi , ana guttas duodecim.  
 Balsami Peruviani liquidi ,  
 Olei Nucis Moschatæ expressi , ana drachmas tres.  
 Bezoardici mineralis ,  
 Cinnabaris nativæ lævigatæ ,  
 Succini ,  
 Pulveris Viperarum , ana unciam semi.  
 Saliæ Succini ,  
 Cornu Cervi , volatiliæ , ana  
 drachmam unam semi.  
 Ambre cineritiæ scrupulum unum.

Extracta , resinæ , & crocus aquâ cinnamomi solutus ,  
 simul liquefiant in mortario æneo , Balneo Maris ; interim  
 ambra cineritia , sacchari candi pauxillo admixta , pulve-  
 retur in mortario marmoreo , addendo sensim campho-  
 ram , salia volatilia & pulveres omnes. Huic mixturæ  
 adjiciatur oleum nucis moschatæ , tum & olea essentialia.  
 Massam hanc cum extractis , resinis & croco in mortario  
 æneo supradiçto concorporabis , quam diù quassatam , &  
 penitus coadunatam servabis ad usum.

## MITHRIDATIUM,

**Rx** Myrrha, drachmas decem,  
 Croci, ana  
 Agarici,  
 Zinziberis,  
 Cinnamomi,  
 Nardi Indicæ,  
 Thuris masculi,  
 Seminis Thlaspeos, ana  
           Seseli, drachmas decem,  
 Opobalsami veri,  
 Schroënanthi,  
 Stœchados Arabicæ,  
 Costi Arabici,  
 Galbani,  
 Terebinthinæ Chia  
 Piperis longi,  
 Castorei,  
 Succii Hypocystidis,  
 Styracis calamitæ,  
 Opopanacis,  
 Malabathri, ana unciam unam.  
 Cassiæ lignæ,  
 Polii montani,  
 Piperis albi,  
 Scordii,  
 Seminis Dauci Cretici,  
 Carpobalsami,  
 Trochyscorum Cypheos,  
 Bdellii, ana drachmas septem.  
 Nardi Celticæ,  
 Gummi Arabici,  
 Seminis Petroselini Macedonici,  
 Opii Thebaici,

Cardamomi minoris,  
 Seminum Fœniculi,  
     Anisi,  
 Radicum Gentianæ,  
     Acori veri,  
     Phu seu Valerianæ majoris,  
 Sagapeni,                      ana                      drachmas tres.

Meu Athamantici,  
 Acaciæ,  
 Lumborum Scinci,  
 Comarum Hyperici,      ana      drachmas duas semis.  
 Mellis Narbonensis despumati,                      triplum.  
 Vini Hispanici,      quantum sufficit diluendis succis.

Misce. Fiat Opiata secundum artem.

### ORVIETANUM VULGARE.

**Rx.** Radicum Carlinæ,  
 Gentianæ,  
 Imperatoriæ,  
 Angelicæ,  
 Enulæ,  
 Asari,  
 Galangæ,  
 Acori,  
 Ireos Florentinæ,  
 Zingiberis,  
 Aristolochiæ rotundæ,  
 Bistortæ,  
 Diptamni albi,      ana      unciam unam.  
 Phu majoris,                      uncias tres.  
 Mei,  
 Seminum Cardamomi,  
 Cumini,  
 Petroselini Macedonici,  
 Tanaceti,  
 Foliorum Rorismarini,  
 Salviæ,  
 Prassii,

Sordii,  
 Rutæ,  
 Dictamni Cretici,  
 Baccarum Lauri, ana uncias duas.  
 Cinnamomi,  
 Caryophyllorum,  
 Macis,  
 Opii selecti, ana unciam semis.  
 Chalcanthi usti, drachmam unam.  
 Pulveris viperini, uncias sex.  
 Extracti Juniperi, uncias octo.  
 Mellis despumati, libras sex vel  
 quantitatem sufficientem.

Fiat ex arte Antidotum.

### ORVIETANUM PRÆSTANTIUS.

**Rx.** Radicum Vincetoxici,  
 Carlinæ,  
 Angelicæ,  
 Anthoræ,  
 Helenii,  
 Viperinæ virginianæ,  
 Petasitidis,  
 Valerianæ,  
 Fraxinellæ, ana uncias tres,  
 Foliorum Dictamni Cretici,  
 Scordii,  
 Rutæ, ana uncias quatuor.  
 Myrrhæ electæ,  
 Terræ figillatæ, ana unciam unam.  
 Galbani, unciam unam semis.  
 Croci, unciam unam & drachmas sex.  
 Cinnamomi,  
 Caryophyllorum, ana unciam semis.  
 Laudani, drachmas sex.

Oleorum

Oleorum stillatitiorum Succini,  
Citrei, ana  
drachmam unam semi.

Salis volatilis Viperarum drachmas septem.


Pulveris Viperini uncias duas.

Extracti Juniperi libras decem.

Vini Hispanici quantitatem sufficientem.

Pulverata pulverentur; deinde Theriacæ exemplo, ex arte fiat Antidotum.





# ELECTARIA.

## ELECTARIA ALTERANTIA.

### DIASCORDIUM.

**Rx.** Foliorum Scordii ficcatorum unciam unam semi.  
 Rosarum rubrarum,  
 Radicum Bistortæ,  
     Gentianæ,  
     Tormentillæ,  
 Cassiæ lignæ,  
 Cinnamomi,  
 Dictamni Cretici,  
 Seminis Acetosæ,  
 Styracis calamitæ,  
 Galbani,  
 Gummi Arabici optimi, ana unciam semi.  
 Boli Orientalis præparatæ uncias duas.  
 Laudani,  
 Zinziberis,  
 Piperis longi, ana drachmas duas.  
 Mellis Rosati colati, ad consistentiam cocti  
     libras tres.  
 Vini Canarini generosi quantitatem sufficientem.  
 Fiat ex arte Electarium, quod sæpius agitetur, donec  
 consistentiam debitam acquisiverit.

## PHILONIUM ROMANUM.

**Rx.** Piperis albi,  
 Seminis Hyosciami albi, ana drachmas quinque.  
 Opii Thebaïci drachmas duas semi.  
 Cassiæ lignæ aromaticæ,  
 Cinnamomi acuti, ana drachmam unam semi.  
 Seminis Apii,  
 Castorei,  
 Costi, ana drachmam unam.  
 Seminum Petroselinî,  
 Fœniculi,  
 Dauci Cretici, ana  
 scrupulos duos & grana quinque.  
 Nardi Indicæ,  
 Pyrethri,  
 Zedoariæ, ana grana quindecim.  
 Croci scrupulum semi.  
 Mellis optimi despumati uncias novem.  
 Fiat Electarium secundum artem.

## REQUIES NICOLAI.

**Rx.** Rosarum rubrarum exungulatarum,  
 Florum Violarum, ana drachmas tres.  
 Seminum Hyosciami albi,  
 Lactuæ,  
 Papaveris albi,  
 Portulacæ,  
 Psyllii,  
 Scariolæ,  
 Corticis radicis Mandragoræ,  
 Laudani,  
 Zinziberis,  
 Nucis Moschatæ,  
 Cinnamomi, ana drachmam unam semi.

Santalorum rubri,  
 citrini,  
 albi,  
 Spodii ex Ebore,  
 Gummi Tragacanthi, ana scrupulos duos.  
 Julapii Rosati, vel  
 Mellis quantitatem sufficientem.  
 Fiat ex arte Electarium molle.

## OPIATA SALOMONIS.

**Rx**, Corticis Citrei saccharo conditi uncias octo.  
 Conservarum florum Tunicæ,  
 Rorismarini,  
 Buglossi, ana uncias duas.  
 Mithridatii veteris unciam unam.  
 Rosarum rubrarum exungulatarum siccarum,  
 Radicum Enulæ Campanæ,  
 Dictamni albi,  
 Foliorum Dictamni Cretici,  
 Seminum contra vermes,  
 Citrei mundati,  
 Cardui benedicti,  
 Rasuræ Cornu Cervi, ana unciam semi.  
 Corticis Citrei sicci,  
 Ligni Aloës,  
 Radicis Gentianæ,  
 Ossis è corde Cervi, ana drachmas duas.  
 Cinnamomi,  
 Macis,  
 Caryophyllorum,  
 Cardamomi minoris, ana drachmam unam.  
 Grana Juniperi in aceto scyllitico per diem infusa,  
 numero triginta.  
 Cum Syrupi acetositatis Citrei quantitate sufficienti,  
 fiat Electarium secundum artem.

## ELECTARIUM DE BACCIS LAURI.

**Rx.** Baccarum Lauri unciam unam semi.  
 Foliorum Rutæ siccatorum unciam unam.  
 Sagapeni,  
 Opopanacis, ana unciam semi.  
 Seminum Ammeos,  
 Cumini,  
 Nigellæ Romanæ,  
 Ligustici,  
 Carvi,  
 Dauci Cretici,  
 Acori veri,  
 Origani totius,  
 Amygdalarum amararum excorticatarum,  
 Piperis nigri,  
 longi,  
 Menthastris,  
 Castorei, ana drachmas duas.  
 Mellis optimi despumati uncias viginti.  
 Misce, fiat ex arte Electarium,

## DENTIFRICIUM.

**Rx.** Coralliorum rubrorum,  
 Ossis Sepiæ,  
 Sanguinis Draconis, ana drachmam unam.  
 Cinnamomi pulverati drachmam semi.  
 Laccæ pictorum grana octo.  
 Olei Caryophyllorum guttas duodecim.  
 Mellis Narbonensis quantitatem sufficientem  
 ad Opiatæ consistentiam.



## ELECTARIA PURGANTIA.

## L E N I T I V U M.

**Rx**, Hordei excorticati,  
 Radicis Polypodii querni contusæ,  
 Passularum exacinatarum, ana uncias duas.  
 Jujubas,  
 Sebesten,  
 Pruna Damascena, ana numero viginti.  
 Tamarindorum uncias duas.  
 Foliorum Adianti unciam unam semi.  
 Mercurialis uncias quatuor.  
 Florum Violarum recentium uncias quinque,  
 vel horum loco  
 Seminis Violarum unciam unam.  
 Glycyrrhizæ rasæ & contusæ, unciam unam.  
 Fiat Decoctum in  
 Aquæ libris novem,  
 dum quinque supersint, addendo  
 Foliorum Orientalium mundatorum uncias duas.  
 Seminis Fœniculi dulcis drachmas duas.  
 Colaturæ libris tribus adde  
 Sacchari libras duas semi.  
 Coque in Syrupum, in quo dissolve  
 Pulpæ Prunorum cum parte una decocti superstitis,  
 coctorum,  
 Tamarindorum cum reliquo decocto trajectæ,  
 Cassiæ, ana uncias sex.  
 Sennæ pulveratæ, uncias quinque.  
 Seminis Anisi drachmas duas.  
 Misce, fiat Electarium.

CATHOLICUM DUPLICATUM RHEO.

**Rx** Radicis Polypodii querni contusæ, libram semissem.  
 Cichorii, uncias duas.  
 Seminis Fœniculi, unciam unam semis.  
 Foliorum Agrimonix, ana uncias tres.  
 Scolopendrii, ana uncias tres.

Coquantur igne moderato in  
 Aquæ, libris octo.

ad medias. Cola & exprime. Colatura cum  
 Sacchari optimi, libris quatuor,

coquatur ad Electuarii mollis consistentiam. Ab igne remo-  
 tis admisce

Pulpæ Cassiæ,  
 Tamarindorum, ana uncias quatuor.

Deinde sensim adjice  
 Pulverum Rhei electi, uncias quatuor.

Foliorum Sennæ mundatorum, uncias duas.

Glycyrrhiæ rasæ, unciam unam.

Seminum Violarum, uncias duas.

Seminum quatuor frigidorum majorum mundatorum,

ana unciam semissem.

Fiat Electuarius secundum artem.

DIAPRUNUM.

**Rx** Radicis Polypodii contusæ, uncias duas.  
 Seminis Oxyacanthæ,

Glycyrrhiæ rasæ & contusæ, ana unciam unam.

Florum Violarum recentium, uncias quatuor.

vel horum loco

Seminis Violarum, unciam unam.

Coquantur in

Aquæ purissimæ, libris decem,

ad tertiæ partis diminutionem. In colaturâ coque

Prunorum acidulorum Damascenorum nigrorum,

donec dissolvi videantur, libram unam semis.

\* L iiij

Pulpa per setaceum extracta reponatur seorsim. In jure percolato coque ad Syrupi consistentiam,

Sacchari optimi, libras duas.

Succi Cydoniorum acidulorum, uncias sex.

Adde & dissolve

Pulpæ Prunorum, libram unam.

Reponatur igni lento, ac demum insperge removendo ab igne

Pulverum Santali citrini,  
rubri, ana unciam semissem.

Seminum Violarum,

Portulacæ,

Florum Rosarum siccarum, ana unciam unam.

Fiat Electuarium.



## DIAPRUNUM SOLUTIVUM.

**Rx** Diapruni descripti, adhuc calentis, uncias duodecim.  
 Adde Scammonii crudi lævigati, unciam semis.  
 Exquisite misceantur, pistillo ligneo agitando. Et fiat Eleetuarium de Prunis solutivum.

## CONFECTIO HAMECH.

**Rx** Polypodii Querni siccati & contusi, uncias quatuor & drachmas quatuor.  
 Prunorum dulcium, siccatorum & enucleatorum,  
 Passularum, rejectis acinis, ana libram unam.  
 Myrobalanorum Citrinarum,  
 Cebularum,  
 Indarum, ana uncias quatuor.  
 Foliorum siccatorum Absinthii vulgaris, unciam unam.  
 Seminum Violarum contusorum, uncias tres & dragmas sex.  
 Summitatum siccatarum Thymi, uncias duas.  
 Epithymi, uncias quatuor.

Macerentur per viginti-quatuor horas blando calore, in vase fictili vernigine linito, identidem agitando, cum

Seri Lactis vaccini, libris octodecim.

Deinde ferveant per horam unam; fiat colatura cum forti expressione. Magmati residuo, manibus fricato, affundatur aquæ communis quantitas sufficiens. Bulliant per horam unam. Fiat colatura fortiter exprimenda, & cum priori miscenda. Interim

**Rx** Rhabarbari optimi minutim concisi, uncias quinque.  
 Foliorum Sennæ mundatorum, uncias duas.  
 Pulpæ Colocynthidos minutim incisæ & à seminibus repurgatæ,  
 Agarici albi minutim secti, ana uncias quatuor & drachmas quatuor.  
 Seminum Anisi &  
 Fœniculi,

Rosarum rubrarum siccatarum, ana unciam unam  
& semis.

Macerentur per viginti-quatuor horas leni calore, identidem agitando, in

Succi Fumarix, libris tribus.

Seri Lactis vaccini defæcati, libris octodecim.

Deinde bulliant per horas duas & colentur, magna prælo subigendo. Quod quidem magma manibus fricatum fervescat denuò in aquæ communis quantitate sufficiente. Decoctum fortiter expressum cum priori misceatur; & utrumque cum primo decocto supra descripto confundatur. Totum Decoctum per residentiam defæcatum, & postea per inclinationem effusum, blando calore vaporetur ad tertiæ partis diminutionem: tum adde

Sacchari albi, libras tres.

Coquantur in Balneo-maris ad Extracti mollioris spissitudinem, cui sensim permisceantur

Manna, unciæ quatuor.

Pulparum recentium Cassiæ fistulæ, semilibra.

Tamarindorum, unciæ decem.

Semirefrigeratis, adjiciatur & permisceatur secundum artem Pulvis sequens subtilissimè tritus.

**R.** Diacrydii, unciæ tres.

Mirobalanorum Citrinarum,

Cebularum,

Indarum, ana unciam unam.

Bellericarum,

Emblicarum,

Rhabarbari optimi,

Seminis Fumarix, ana drachmas sex.

Seminis Anisi,

Spicæ-Nardi, ana drachmas quatuor.

Fiat Pulvis lege artis in Electuario miscendus: Et perfectum erit Electuarium.

## ELECTUARIUM DE PSYLLIO.

**Rx.** Succorum depuratorum Buglossi,  
 Borriginis,  
 Endiviæ,  
 Apii, ana libras duas.  
 Fumariæ, libram semis.

Misce, & in his macera per diem

Foliorum Sennæ, unciam unam.

Seminum Anisi,

Radicis Afari,

Cuscutæ, ana unciam semis.

Adianti albi, uncias duas.

Spicæ - Nardi, drachmas duas.

Omnia simul fervefiant ; quibus adde

Seminis Violarum, uncias duas.

Epithymi, unciam unam.

Parùm denuò bulliant, postea colentur. Colaturæ adde

Seminis Psyllii integri, uncias tres.

Et macera per viginti quatuor horas. Sæpius agitetur mixtura, deinde totam exprime mucilaginem, in quâ coque igne lento ad Syrupi consistentiam,

Sacchari, libras tres.

Tum injice Pulverum

Diacrydii, uncias tres,

Rosarum rubrarum,

Rhei optimi,

Glycyrrhizæ,

Spodii ex Ebore supra porphyritem lævigati, ana unciam unam.

Seminum Oxyacanthæ, drachmas duas

Portulacæ,

Citrulli,

Anisi,

Papaveris albi,

Gummi Tragacanthi,

Mastiches, ana drachmam unam.

Fiat Electuarium secundùm artem.

## HIERA PICRA.

**Rx** Cinnamomi,  
 Macis,  
 Afari,  
 Spicæ - Nardi,  
 Croci,  
 Mastiches, ana drachmas sex.  
 Aloës non lotæ, uncias duodecim & semis.  
 Mellis optimi despumati, libras quatuor.  
 Fiat Electuarium secundùm artem.

## HIERA DIACOLOCYNTIDOS.

**Rx** Stoechados Arabicæ,  
 Prassii albi,  
 Chamædryos',  
 Agarici,  
 Colocyntidis, ana drachmas decem.  
 Scammonii,  
 Radicis Ellebori nigri, ana drachmas sex.  
 Castorei, drachmas tres.  
 Opopanacis,  
 Sagapeni,  
 Seminis Petroselini,  
 Aristolochiæ rotundæ,  
 Piperis albi, ana drachmas quinque.  
 Cinnamomi,  
 Spicæ - Nardi,  
 Myrrhæ,  
 Polii,  
 Croci, ana drachmas quatuor.  
 Mellis optimi despumati, libras tres.  
 Fiat Electuarium secundùm artem.

## CARYOCOSTINUM.

**Rx.** Costi,  
 Caryophyllorum,  
 Zingiberis,  
 Cumini, ana drachmas duas.  
 Diacrydii,  
 Hermodactylorum, ana unciam semis.  
 Mellis optimi despumati, uncias sex.  
 Fiat Electuarium secundum artem.

## DIAPHOENICUM.

**Rx.** Pulpæ Dactylorum mundatorum, in hydromelite  
 coctorum, per cribrum trajectæ,  
 Penidiorum recentium, ana libram semis.  
 Amygdalarum dulcium excorticatarum,  
 uncias tres & semis.

Contusis & permixtis omnibus adde  
 Mellis despumati, libras duas.

Coquantur paulatim; deinde insperge

Pulverum Zingiberis,  
 Piperis,  
 Macis,  
 Cinnamomi,  
 Foliorum Rutæ siccorum,  
 Seminum Dauci Cretici,  
 Fœniculi dulcis, ana  
 drachmas duas.

Turpethi tenuissimè triti, uncias quatuor.

Diacrydii, unciam unam semis.

Misce, fiat Electuarium secundum artem.

## BENEDICTA LAXATIVA.

**Rx.** Turbith optimi,  
 Corticis radicis Esulæ præparati, ana drachmas decem.  
 M iij

Diacrydii,  
 Hermodactylorum,  
 Rosarum rubrarum, ana drachmas quinque,  
 Caryophyllorum,  
 Spicæ - Nardi,  
 Zingiberis,  
 Croci,  
 Seminum Saxifragæ,  
     Amomi,  
     Apii,  
     Petroselini,  
     Carvi,  
     Fœniculi,  
     Asparagi,  
     Brusci,  
     Mili Solis,  
     Cardamomi majoris,  
 Macropiperis,  
 Macis,  
 Galangæ minoris,  
 Salis Gemmæ, ana drachmam unam.  
 Mellis despumati & cocti, libram unam semis.

Fiat Electuarium molle, agitandum sæpius, ut debitam acquirat consistentiam.

### OPIATA MESENTERICA.

**Rx** Foliorum Orientalium mundatorum, drachmas sex.  
 Aquilæ albæ,  
 Radicis Ari,  
 Aloës soccorinæ, ana drachmas duas.  
 Pulveris Cornachini,  
 Salis Absinthii,  
 Rhei Electi, ana drachmas tres.  
 Limaturæ Martis præparatæ,  
 Gummi Ammoniacy, ana semiunciam.

Pulveranda pulverentur, & excipiantur cum sufficienti quantitate Syrupi de Pomis compositi. Fiat Opiata.



## TABELLÆ.

## TABELLÆ PURGANTES.

## ELECTUARIUM DE SUCCO ROSARUM.

**Rx** Succi Rosarum rubrarum recentium, libram unam.  
 Sacchari optimi, libram unam semis.  
 Coquantur in Electuarium solidum igne lento. Insperge sub  
 finem

Trium Santalorum exquisitè tritorum, ana  
 drachmam unam.

Mastiches, drachmam unam.

Rosarum rubrarum siccarum pulveratarum,  
 unciam semis.

Scammonii crudi exquisitè triti, drachmas undecim.

Fiant Tabellæ ponderis drachmarum duarum.

## ELECTUARIUM DE CITRO.

**Rx** Corticis Citrei conditi,  
 Conservæ Florum Violarum,  
 Buglossi,  
 Pulveris Diatragacanthi frigidi, recenter parati,  
 Scammonii crudi, ana unciam semis.  
 Turpethi, drachmas quinque.  
 Zingiberis, drachmam semis.  
 Foliorum Sennæ, drachmas sex.  
 Rhei electi, drachmas duas & semis.  
 Caryophyllorum,  
 Santali Citrini, ana scrupulum unum.  
 Sacchari optimi, in aquâ Rosarum soluti, & ex arte  
 cocti, uncias decem.

Fiat Electuarium solidum dividendum in Tabellas ponderis drachmarum trium.

## ELECTUARIUM DIACARTHAMI.


**Rx** Medullæ seminum Carthami,  
 Pulveris Diatragacanthi frigidi,  
 Hermodactylorum,  
 Diacrydii, ana unciam unam.  
 Turbith electi, unciam unam semis.  
 Zingiberis, semiunciam.  
 Manna, uncias duas & semis.  
 Mellis Rosati, colati,  
 Carnis Cydoniorum conditæ, ana uncias duas.  
 Sacchari optimi in aquâ soluti, & in Electuarium soli-  
 dum cocti, libram unam & uncias sex.  
 Fiat Electuarium secundùm artem.

## TABELLÆ EMETICÆ.

**Rx** Tartari Stibiati tenuissimè pulverati, unciam semis.  
 Sacchari optimi, uncias quatuor.  
 Olei Corticis Citrei stillatitii, guttas quinque.  
 Mucilaginis Gummi Tragacanthi,  
 sufficientem quantitatem.  
 Fiant Tabellæ secundùm artem.

## TABELLÆ DE RHABBARBARO.

**Rx** Rhei electi pulverati, unciam semis.  
 Sacchari albissimi in aquæ Naphæ quantitate sufficien-  
 te soluti & cocti, uncias quatuor.  
 Fiant Tabellæ secundùm artem.



TABELLÆ



lutum, debitè clarificatum, igni admotum lentè bullire finitur, donec in magnas attollatur bullas. Deindè ubi ad Electuarii solidi consistentiam coctione pervenit, in tabulam marmoream oleo amygdalino inunctam effunditur, ubi promanantes ejus extremitates versùs medium reducuntur, usquedum Saccharum Resinæ laricæ instar lentescat, ex quo, digitis oleo inunctis formentur bacilli translucidi, succini adinstar.

## P E N I D I A.

Penidia, quæ & Alphenicum quoque in officinis dicuntur, constant ex Saccharo albissimo in decoctione hordei cocto ad Electuarii solidi, seu Tabellæ, ut aiunt, spissitudinem, tum Saccharum calens adhuc supra marmor oleo amygdalarum dulcium illitum projicitur, & cùm minus calens est, & jam spissefcit, manibus etiam oleo amygdalino illitis contrectatur, subigitur, donec consistentiam ductilem acquisiverit: tum massa unco ferreo trabeculæ affixo adducitur, reducitur, trahiturque denuò, quousque dealbetur; tandem in fila ducitur tenuiora, crassiora, breviora, aut longiora & sæpius intorta, quæ statim indurescunt. Antequam massa supra marmor effundatur, ad gratiam addi possunt olei stillatitii flavedinis mali Citrei guttæ aliquot.

## SACCHARUM ROSATUM.

**Rx** Sacchari albissimi, libram unam.  
 Aquæ Rosarum fragrantissimæ, uncias quatuor.

Coque in Electuarii solidi consistentiam; hinc supra marmor effunde ut fiant Tabellæ.

Vel igne lento exsicca, pistillo ligneo indefinenter massam agitando, dum in Pulverem abeat.

## TABELLÆ DE ALTHÆA.

**Rx** Pulpæ radicis Althææ per setaceum trajectæ, uncias duodecim.  
 Sacchari, libram unam semis.  
 Aquæ limpidissimæ, uncias quatuor.

Naphæ, uncias duas.

Saccharo in aquis ad Electuarii solidi spissitudinem cocto  
 misceatur Pulpa. Fiant Tabellæ secundum artem.

## TABELLÆ DE ALTHÆA

SINE IGNE.

**Rx** Radicis Althææ exsiccatae, & in subtilissimum pulverem  
 redactæ, unciam unam.

Sacchari albissimi tenuissimè pulverati, uncias quatuor.

Accuratè misceantur, & fiat ex his massa cum mucagine  
 Gummi Tragacanthi, de quâ postea formentur Tabellæ se-  
 cundum artem.

*Eodem modo parari possunt*

Tabellæ de Radice Symphyti majoris,  
 de Radice Pœoniæ maris, &c.

## TABELLÆ DE SULPHURE.

**Rx** Florum Sulphuris subtilissimè pulveratorum,  
 drachmas quatuor.

Sacchari albi, uncias quatuor.

Saccharum in aquâ Rosarum solutum coquatur ad Elec-  
 tuarii solidi spissitudinem. Tum admisce Flores Sulphuris, &  
 fiant Tabellæ secundum artem.

## TABELLÆ ANTI-ASTHMATICÆ.

**Rx** Florum Sulphuris, drachmas duas.  
 Benzoini, scrupulum semis.

Specierum Diamargariti frigidi,  
 Diaireos, ana drachmam unam.

Balsami Sulphuris anisati, scrupulum unum.

Sacchari albissimi pulverati, uncias tres.

Cum sufficienti quantitate mucilaginis Gummi Tragacan-  
 thi, fiant Tabellæ secundum artem.

## TABELLÆ DE CHALYBE.

**Rx** Limaturæ ferri præparatæ, unciam semis.  
 Cinnamomi pulverati, drachmam unam.  
 Sacchari albissimi pulverati, uncias quinque.  
 Cum mucilagine Gummi Tragacanthi fiant Tabellæ secundum artem.

## TABELLÆ DE OCULIS CANCRORUM.

**Rx** Oculorum Cancrorum ritè præparatorum, unciam unam.  
 Sacchari albissimi subtilissimè pulverati, uncias quatuor.  
 Accuratè misceantur, & cum sufficienti quantitate mucaginis Gummi Tragacanthi aquâ Naphæ extractæ fiat massa, ex quâ formentur Tabellæ vel Pastilli secundum artem.

*Eodem modo parari possunt*

Tabellæ de matre Perlarum,  
 de margaritis,  
 de coralliis,  
 de Terrâ Japonicâ, &c.

## TABELLÆ ABSORBENTES ET ROBORANTES.

**Rx** Terræ Japonicæ selectæ, unciam unam semis.  
 Corallii rubri,  
 Margaritarum,  
 Oculorum Cancrorum præparatorum, ana  
 unciam unam & drachmas sex.  
 Cinnamomi subtilissimè pulverati, drachmas quinque.  
 Cassiæ lignæ pulveratæ, drachmam unam semis.  
 Sacchari candi tenuissimè triti, libram unam  
 & uncias duodecim.  
 Gummi Tragacanthi, drachmas tres.  
 Aquæ Cinnamomi, quantum satis.  
 Fiant Tabellæ secundum artem,

## TABELLÆ STOMACHICÆ.

**Rx.** Pulpæ Corticum Citrei,  
 Arantiorum conditorum, ana  
 unciam semis.  
 Corticis Nucis Moschatæ conditæ, drachmas tres.  
 Pulverum Cinnamomi acuti, drachmas duas.  
 Diatrium Santalorum, drachmas tres semis.  
 Menthæ siccæ,  
 Macis, ana drachmam semis.  
 Olei Caryophyllorum, guttas quatuor.  
 Sacchari albissimi in aquæ Naphæ sufficienti quantitate  
 ad Electuarii solidi consistentiam cocti, libram semis.  
 Fiant ex arte Tabellæ.

Nota. Si ex Pulveribus metallicis, absorbentibus, aut volatilibus fiant Tabellæ, eas esse compingendas cum sufficienti quantitate mucilaginis Gummi Tragacanthi: Si verò ex aliis speciebus, pro Pulverum semiunciâ adhibendas esse circiter uncias sex Sacchari, ad Electuarii solidi consistentiam cocti.

## MASSA LIQUIRITIÆ ALBA ET MOLLIS.

**Rx.** Radicis Glycyrrhizæ recentis, decorticatæ & in taleolas  
 sectæ, uncias quatuor.  
 Bulliant in aquæ communis libris octo,  
 ad medias. In colaturâ dissolve  
 Gummi Senegal albissimi & electi, libras duas semis.  
 Sacchari albissimi, libras duas & uncias quatuor.

Fiat colatura: & humor superfluous exhalet igne aperto ad spissitudinem extracti, assiduè movendo. Tum fortiter & assiduè conteratur & subigatur massa cum Pistillo ligneo, donec albefcat, identidem inspergendo spumam albuminis ovorum recentium numero sex.  
 Conquassati cum aquæ Naphæ semiunciâ.  
 Massa nivei coloris indefinenter agitata inspissetur calore blando, usquedum spatulæ imposita & manui admota ipsi non adhæreat,



## AVICULÆ ÆTHIOPICÆ PRO SUFFITU.

**R** Hydrargyri,  
Florum Sulphuris, ana unciam unam.


Misceantur exactè in mortario marmoreo cum pistillo vitreo;  
dein adde

Salis Ammoniaci pulverati, unciam semis.

Carbonum salicis pulveratorum, unciam unam semis.

Cum sufficienti quantitate Gummi Tragacanthi in aquâ  
soluti formentur pastilli.





## PILULÆ.

## PILULÆ PURGANTES.

PILULÆ STOMACHICÆ,  
VULGO ANTE CIBUM.

**Rx** Aloës optimæ, drachmas sex.  
 Mastiches,  
 Rosarum rubrarum, ana drachmas duas.  
 Cum unciâ unâ succi Absinthii ex paucis melle in Syrupi  
 crassitudinem cocti, fiat massa.

## PILULÆ ALOETICÆ EMOLLIENTES.

**Rx** Aloës optimæ succo violarum lotæ, drachmas sex.  
 Seminis Malvæ,  
 Radicis Glycyrrhizæ,  
 Bismalvæ, pulveratorum ana drachmas duas.  
 Cum sufficienti quantitate Syrupi de Pomis compositi, fiant  
 Pilulæ.

## PILULÆ RUFÆ.

**Rx** Aloës optimæ, uncias duas,  
 Myrrhæ, unciam unam.  
 Croci, unciam semis.  
 Cum Syrupo de Absinthio, vel vino Malvatico fiat massa.

PILULÆ DE SAGAPENO.

**Rx** Lacrymarum Sagapeni, drachmas sex.  
 Ammoniacy, drachmas tres.  
 Extracti Colocynthidos, unciam unam.  
 Diacrydii, femiunciam.  
 Salis Gemmei, drachmam unam & semis.  
 Cum Syrupo violato fiat massa.

PILULÆ SINE QUIBUS.

**Rx** Aloës optimæ, unciam unam &  
 drachmas sex.  
 Scammonii, drachmas sex cum semisse.  
 Myrobalanorum omnium,  
 Rhei electi,  
 Mastiches,  
 Absinthii vulgaris,  
 Rosarum rubrarum,  
 Seminis Violarum,  
 Sennæ mundatæ,  
 Agarici trochiscati,  
 Cuscutæ, ana drachmam unam.  
 Cum Syrupo de Mentâ fiat massa.

PILULÆ IMPERIALES,  
 SEU CATHOLICÆ.

**Rx** Aloës optimæ,  
 Foliorum orientalium mundatorum, ana unciam unam semis.  
 Rhei electi,  
 Agarici trochiscati, ana unciam unam.  
 Mastiches, drachmas duas.  
 Cinnamomi, drachmam unam.  
 Zingiberis,  
 Caryophyllorum,  
 Nucis Moschatæ, ana scrupulos duos.

Cum Syrupo Rosarum pallidarum fiat massa. Unciæ cuilibet admisceri debet

Scammonii crudi, drachma semis.

### PILULÆ MERCURIALES.

**Rx.** Rhei electi,  
Trochiscorum alhandal,  
Diacrydii, ana unciam unam.  
Mercurii crudi ex Cinnabari redivivi, uncias duas.  
Terebinthinæ Venetæ oleo Terebinthinæ stillatitio dilutæ  
quantitatem sufficientem, fiat massa secundùm artem.

### PILULÆ COCCIÆ.

**Rx.** Pulveris Hieræ simplicis, unciam unam &  
drachmas duas.  
Trochiscorum alhandal, drachmas tres &  
scrupulum unum.  
Diacrydii, drachmas duas,  
Turpethi,  
Stoëchados, ana drachmas quinque.  
Cum Syrupo de Stoëchade fiat massa.

### PILULÆ SIVE EXTRACTUM RUDII.

**Rx.** Pulpæ Colocynthidos, drachmas sex,  
Agarici,  
Scammonii,  
Radiciſ Hellebori nigri,  
Turpethi, ana semiunciam.  
Aloës ſoccotorinæ, unciam unam,  
Cinnamomi,  
Macis,  
Caryophyllorum, ana scrupulos duos.

Colocynthis feminibus purgata minutim incidatur, Agaricus radulâ comminuatur, Helleborus, Turpethum, & aromata crassiusculè terantur; affusisque spiritûs vini optimi unciis

sexdecim, blando calore, in vase clauso per quatrimum macerentur; tum factâ colaturâ, & expressione validâ, solvantur in eâdem Scammonium & Aloë nitida, & prius optimè selecta, Peractâ solutione, indatur liquor alambici vitreo, & distilletur Balneo-maris, donec remaneat materia densa instar mellis, quæ tandem vase aperto & Balneo-maris ad extracti spissitudinem vaporetur.

## PILULÆ ANGELICÆ.

**Rx.** Succorum depuratorum Cichorii,  
Endiviæ,  
Buglossi,  
Borraginis  
Lupuli,  
Fumariæ, ana uncias quatuor.

Rosarum Damascenarum, libram unam.

In iis dissolve Aloës foccotorinæ pulveratæ, libram unam. Macera lento igne per aliquot horas, vaporent agitando diligenter ad consumptionem succorum. Sub finem adde hoc infusum

**Rx.** Pulverum Rhabarbari electi, unciam unam.  
Agarici trochiscati, unciam semis.  
Cinnamomi, drachmas duas.  
Vini albi optimi, uncias octo.

Infunde per viginti-quatuor horas. Exprime fortiter, & adde Syrupi Rosati solutivi uncias duas. Hoc infusum cum Aloë superius insuccatâ vaporet ad consistentiam Pilularum.

## PILULÆ FOETIDÆ MAJORES.

**Rx.** Sagapeni,  
Assæ foetidæ,  
Ammoniâci,  
Opopanacis,  
Bdellii,  
Trochiscorum alhandal,  
Seminis Rutæ,  
Aloës foccotorinæ,

Epithymi,	ana	drachmas quinque.
Turbith electi,		femiunciam.
Diacrydii,		drachmas tres.
Radicis Esulæ,		
Hermodylorum,	ana	drachmas duas.
Zingiberis,		drachmam unam & semis.
Cinnamomi,		
Myrrhæ,		
Spicæ - Nardi,		
Croci,		
Castorei,	ana	drachmam unam.

Omnia pulverata excipiantur sufficienti quantitate Syrupi de Pomis compositi. Fiat massa.



## PILULÆ ALTERANTES.

### PILULÆ HYPNOTICÆ.

<b>Rx</b> Laudani,		unciam unam.
Croci pulverati,		
Specierum Diamargariti frigidi,		
Confectionis de Hyacintho,	ana	drachmas duas.
Succini,		
Coralliorum rubrorum præparatorum,	ana	drachmam unam.

Misceantur omnia cum Syrupi de Nymphæâ sufficienti quantitate, fiat massa secundum artem.

### PILULÆ DE CYNOGLOSSO.

<b>Rx</b> Radicis Cynoglossi ficcæ,		
Seminum Hyoscyami albi,		
Laudani,	ana	unciam semis.
Myrrhæ optimæ,		drachmas sex.
Thuris masculi,		drachmas quinque.
Croci,		

Castorei, ana drachmam unam semis.  
Cum Syrupo è succo Cynoglossi fiat massa secundum artem,

PILULÆ DE STYRACE.

**Rx.** Styracis calamitæ,  
Olibani,  
Myrrhæ,  
Succi Glycyrrhizæ inspissati,  
Laudani, ana semiunciam.  
Croci, drachmam unam.  
Cum Syrupo de Papavere albo fiat massa pilularis secundum artem.

PILULÆ MATTHÆI,  
ALIAS STARKII.

**Rx.** Laudani,  
Pulveris tenuissimi Glycyrrhizæ,  
Hellebori albi,  
nigri, ana uncias duas.  
Saponis Tartarei, uncias sex.  
Misce exactissimè addendo olei Terebinthinæ quantum satis,  
ut fiat massa pilularum, quæ toties humectetur oleo Terebinthinæ,  
quoties siccior evaserit.

SAPO TARTAREUS.

**Rx.** Nitri ex Tartaro fixi calentissimi, libram semis.  
Citò in pulverem tenuissimum in Mortario ferreo calente redige. Postea mitte in ollam fictilem. Affunde spiritus Terebinthinæ circiter uncias duas. Agita spathâ ligneâ aut eburneâ. Vas papyro obtege. Parem spiritus Terebinthinæ quantitatem cras affunde. Idque toties repete (materiam identidem movendo) dum sal spiritu Terebinthinæ penitus saturatum fuerit, & in unam eandemque substantiam coierit. Tunc habebis massam mollem, albicantem & unguinosam.

## PILULÆ CHALYBEATÆ.

**Rx.** Limaturæ ferri præparatæ, unciam unam.  
 Cinnamomi, scrupulos duos.  
 Aloës foccotorinæ pulveratæ, ana drachmam unam.  
 Syrupi de Artemisia, quantitatem sufficientem.  
 Misce, fiat massa pilularum.

## PILULÆ ASTRINGENTES.

**Rx.** Boli Armenæ,  
 Terræ sigillatæ,  
 Corallii rubri, ana drachmas duas.  
 Catechu,  
 Lapidis Hæmatitæ præparatorum,  
 Sanguinis Draconis pulverati, ana drachmam unam.  
 Radicum Symphyti majoris, drachmas duas.  
 Tormentillæ,  
 Bistortæ, pulveratarum, ana  
 drachmam dimidiam.  
 Mastiches, scrupulos duos.  
 Laudani liquidi, drachmam semis.  
 Syrupi Myrthini compositi, quantitatem sufficientem,  
 ut fiat massa pilularum.

## PILULÆ HYSTERICÆ.

**Rx.** Gummi Opopanacis, unciam unam.  
 Ammoniaci,  
 Galbani,  
 Sagapeni, ana semiunciam.  
 Myrrhæ, drachmas duas.  
 Assæ fœtidæ,  
 Castorei, ana drachmas tres.  
 Olei succini, scrupulum unum.  
 Mithridatii quantitatem sufficientem ad conficiendam  
 massam pilularem.

## PILULÆ DE AQUILEGIA.

**Rx** Seminum Aquilegiæ, drachmas sex.  
 Croci orientalis, drachmam unam.  
 Tartari vitriolati tenuissimè triti, scrupulum unum.  
 Conservæ Cynorrhodonis, quantitatem sufficientem.  
 Misce, fiat massa secundùm artem.



## TROCHISCI.

## TROCHISCI PURGANTES.

## TROCHISCI DE AGARICO.


**Rx** Agarici albissimi & levissimi per setaceum trajecti, uncias duas.  
 Zingiberis, drachmam semis.  
 Zingiber maceretur aquâ Cinnamomi hordeatâ, & fiant Trochisci.

## TROCHISCI ALHANDAL.

**Rx** Pulpæ Colocynthidos albæ, levis, & à seminibus repurgatæ, uncias quatuor.  
 Eam forficibus minutissimè incisam misce cum mucaginis Gummi Tragacanthi aquâ Rosarum extractæ quantitate sufficiente; & fiat massa in pastillos dividenda & exsiccanda. Probè exsiccata in pulverem tenuissimum redige, & per setaceum trajice. Huic pulveri denuò adde novam mucaginem Gummi Tragacanthi. Fiat massa in pastillos redigenda & exsiccanda. Tandem pastillos probè exsiccatos cum

Seminum Colocynthidos, unciis octo;  
 Sacchari albissimi, unciâ unâ.

Commistos subtilissimè pulverisa, per setaceum trajice, & cum novâ mucagine formentur Trochisci ritè exsiccandi.



## TROCHISCI ALTERANTES.

### TROCHISCI SCYLLITICI.

**Rx** Medullæ Scyllæ coctione præparatæ, uncias duodecim.  
 Farinæ Ervi albi tenuissimæ & cribratæ, uncias octo.  
 Simul exquisitè tunſæ, pistillo ligneo, in mortario marmoreo, formentur in pastillos ponderis drachmæ unius: in umbrâ siccentur æstate, vel supra clibanum, alia tempestate.

### TROCHISCI CYPHEOS.

**Rx** Pulpæ Uvarum albarum pinguiſſimarum, passarum, quales Damascenæ,  
 Terebinthinæ Chiæ puræ, ana unciastres.  
 Myrrhæ,  
 Schoenanthi, ana unciam unam semis.  
 Calami Aromatici, drachmas novem.  
 Cinnamomi, unciam semis,  
 Bdellii lacrymæ,  
 Spicæ - Nardi,  
 Cassiæ lignæ,  
 Radicis Cyperi rotundi veri,  
 Baccarum Juniperi pinguium, ana drachmas tres.  
 Ligni Aloës, drachmas duas & semis.  
 Croci, drachmam unam.  
 Mellis despumati,  
 Vini Hispanici, ana quantum satis  
 ad Trochiscos efformandos.

### TROCHISCI

## TROCHISCI HEDYCROI.

<b>Rx</b> Mari,		
Amaraci,		
Radicis Afari,		
Ligni Aloës,	ana	drachmas duas.
Schænanthi,		
Calami Aromatici,		
Phu Pontici,		
Xylobalsami,		
Oprobalsami veti,		
Cinnamomi,		
Costi Arabici,	ana	drachmas tres.
Myrrhæ,		
Folii Indici,		
Croci,		
Spicæ-Nardi,		
Cassia lignæ,	ana	drachmas sex.
Amomi racemosi,		drachmas duodecim.
Mastiches,		drachmam unam.

Ex his omnibus tritis, & cum vino Hispanico subactis, fingantur Trochisci.

## TROCHISCI VIPERINI.

**Rx** Carnis Viperarum selectarum, tempore idoneo collectarum, præparatarum, cum Anetho viridi & sale in aquâ purissimâ, igne luculento non violento, & in vase idoneo coctæ, & à spinis separatæ, uncias octo.

Tere in pilâ marmoreâ pistillo ligneo, sensim aspergendo medullæ panis triticeï, albissimi, fermentati, arefactæ & tenuissimè pulveratæ, uncias duas & semis.

Ita ut nulla Viperinæ carnis particula non contusa & non permixta appareat. Manibus inunctis opobalsamo, formentur Trochisci ponderis drachmæ unius, supra setaceum inversum repositi in umbrâ siccandi.

## TROCHISCI DE KARABE.

**Rx** Succini Citrini præparati, unciam unam.  
 Cornu Cervi usti & præparati,  
 Gummi Arabici,  
     Tragacanthi,  
     Laccæ granosæ,  
 Acaciæ veræ,  
 Hypocistidis,  
 Balauftiorum,  
 Mastiches,  
 Corallii rubri præparati,  
 Seminis Papaveris albi, ana drachmas duas &  
     scrupulos duos.  
 Thuris,  
 Croci,  
 Opii selecti, ana drachmas duas.  
 Cum mucilagine seminis Psyllii, aquâ Plantaginis extractâ,  
 fiant Trochisci in umbrâ siccandi.

## TROCHISCI GORDONII.

**Rx** Quatuor seminum frigidorum majorum, mundato-  
 rum, ana drachmas duas.  
 Seminum Papaveris albi,  
     Malvæ,  
     Bombacis,  
     Portulacæ,  
     Cydoniorum,  
 Myrthillorum,  
 Gummi Arabici,  
     Tragacanthi,  
 Nucleorum Pineorum mundatorum,  
     Pistaciorum,  
 Sacchari candi,  
     Penidiati,  
 Glycyrrhizæ mundatæ,

Hordei mundati,  
 Amygdalarum dulcium mundatarum,  
 Mucaginis seminis Pſyllii, ana drachmas duas.  
 Boli Armenæ præparatæ,  
 Lacrymarum sanguinis Draconis,  
 Eboris uſti præparati,  
 Myrrhæ,  
 Roſarum rubrarum, ana ſemiunciam.

Omnia pulverata hydromelite excipiantur, & fiant ex tempore Trochiſci in umbrâ ſiccandi.

## TROCHISCI DE MYRRHA.

**Rx** Myrrhæ optimæ, unciam ſemis.  
 Lupinorum tenuiſſimè tritorum, drachmas tres.  
 Foliorum Rutæ,  
 Menthaſtri,  
 Pulegii,  
 Radicis Rubiæ tinctorum,  
 Seminis Petroſelini Macedonici,  
 Aſſæ fœtidæ,  
 Sagapeni,  
 Opopanacis, ana drachmas duas.  
 Cum ſucco Artemiſiæ fingantur Trochiſci ſecundùm artem.

## TROCHISCI ALKEKENGI.

**Rx** Pulpæ inſpiſſatæ Baccarum Halicacabi cum ſeminibus, uncias duas.  
 Gummi Arabici,  
 Tragacanthi.  
 Succu Glycyrrhiæ,  
 Amygdalarum amararum,  
 Seminum Papaveris albi, ana unciam ſemis.  
 quatuor frigidorum majorum,  
 Apii,  
 Succini Citrini præparati, ana drachmas duas.  
 Opii Thebaici, drachmam unam,

Succi recentis Halicacabi, quantitatem sufficientem.

Fiant Trochisci.

### TROCHISCI DE CATECHU.

**Rx** Catechu præparati, unciam unam.  
 Sacchari candi, unciam semis.  
 Caryophyllorum, scrupulum unum.

Simul pulverata misce, & cum sufficiente quantitate mucilaginis Gummi Tragacanthi aquâ Symphyti extractæ, fiant Trochisci. Adde, si lubet, olei essentialis Cinnamomi, Malicitrei, vel tincturæ Ambaræ Cineritiæ, aut alterius aromatis guttas aliquot.

### TROCHISCI DE CAPHURA.

**Rx** Caphuræ, scrupulos quatuor.  
 Radicis Nymphææ,  
 Florum Rosarum rubrarum,  
 Violarum,  
 Spodii ex Ebore præparati,  
 Glycyrrhizæ,  
 Santali Citrini,  
 Gummi Arabici,  
 Tragacanthi,

Amyli, ana drachmas duas.

Quatuor seminum frigidorum majorum,  
 Portulacæ, ana drachmam unam.

Cum mucagine seminis Psyllii aquâ Solani extractâ fiant Trochisci.

### TROCHISCI ALBI RHASIS.

**Rx** Plumbi albi tenuissimè triti, ter in aquâ loti & siccati, drachmas decem.  
 Sarcocollæ crassioris, drachmas tres.  
 Amyli selectissimi, drachmas duas.

Gummi Arabici,  
 Tragacanthi, ana drachmam unam,  
 Caphuræ, drachmam semis.

Seorsim trita lacte muliebri excipiantur omnia, & formentur Trochisci. Utendi tempore miscebitur opium, si Medico videbitur.

## TROCHISCI GRANORUM ACTES.

**Rx** Farinæ secalinæ quantum libuerit, cum succo bac-  
 carum Sambuci maturarum per expressionem extracto  
 fiat massa, ex quâ formentur Trochisci, in furno coquendi  
 & exsiccandi, deinde in pulverem redigendi. Hic pulvis cum  
 novo succo subigatur in massam, ex quâ rursus formentur  
 Trochisci in furno iterum exsiccandi. Idem tertio repetatur.  
 Et Trochisci sic parati serventur ad usum.

## TROCHISCI HYSTERICI.

**Rx** Assæ foetidæ,  
 Galbani, ana [drachmas duas semis,  
 Myrrhæ, drachmas duas.  
 Castorei, drachmam unam semis.  
 Radicum Asari,  
 Aristolochiæ rotundæ,  
 Foliorum Sabinæ,  
 Nepetæ,  
 Matricariæ, ana drachmam unam.  
 Dictamni, drachmam semis.

Omnia ritè pulverata cum succo defœcato Rutæ misceantur,  
 & fiant Trochisci.

## TROCHISCI ESCHARROTICI.

**Rx** Sublimati corrosivi, partem unam.  
 Amyli, partes duas.  
 Mucaginis Gummi Tragacanthi,  
 quantitatem sufficientem.

Fiant ex arte Trochisci, quibus addi potest extracti opii  
 quantum libet.




## COLLYRIUM DETERGENS.

**Rx** Iridis Florentinæ pulveratæ, drachmas tres.  
 Vitrioli albi, drachmam unam semis.  
 Aquarum Rosarum, ana  
 Plantaginis, ana libram unam semis.  
 Digerantur per biduum ; postea coletur liquor ad usum  
 servandus.

## COLLYRIUM EXSICCANS.

**Rx** Aquæ Calcis percolatæ, libram unam.  
 Salis Ammoniaci pulverati, drachmam unam.  
 Simul mixta in Pelvim æneam conjiciantur, ibique per  
 noctem maneant. Liquor percolatus ad usum fervetur.



## OLEA.

## OLEA PER EXPRESSIONEM.

## OLEUM DE VITELLIS OVORUM.

**Rx** Ova elixatione indurata, quot volueris.  
 Vitellos exemptos & comminutos in sartagine igne  
 moderato assa, movendo spathâ, donec ex flavo rubescant,  
 & veluti pinguedinem exudent. Tunc ferventes sacco pilis  
 contexto excipe, præloque calido festinanter exprime. Oleum  
 expressum serva ad usum.

## OLEUM E BACCIS LAURI.

**Rx** Baccarum Lauri maturarum & recentium, quantum volueris.  
Tritæ ex aquâ communi coquantur, fortiter exprimantur in vas subiectum, refrigeratum oleum pinguedinis instar aquæ supernatans colligatur.

## OLEUM E NUCLEIS CACAO.

**Rx** Nucleos Cacao recentes, quot volueris.  
Torrefactos leviter in sartagine, munda cortice & germine, tum læviga supra lapidem igne supposito, ut moris est in confectioe Choccolattæ. Tunc prædicta massa contusa, & lævigata in aquæ communis sufficienti quantitate, bulliat, donec oleum supernatet, quod concretum colliges ex aquâ refrigeratâ. Sebi, sed fusci crassitiem obtinebit. At si album magis exoptetur, liquefac, & ex aquâ calidâ multoties abluere.

## OLEUM AMYGDALARUM DULCIUM.

**Rx** Amygdalarum dulcium selectarum, & asperiori linteo fricatarum, libras sex.  
Tunde in Mortario marmoreo pistillo ligneo, deinde sacco cannabino aut cilicio inclusæ torculari committantur. Lentè primùm & leniter, tum fortiter exprimatur oleum usui asserandum.

*Simili modo parantur olea*

Amygdalarum amararum,

Nucum juglandium,

Avellanarum,

Pistaciorum,

Quatuor seminum frigidorum majorum,

Balani Myrepticæ Ben dictæ,

Nucleorum Persicorum,

Armeniacorum,

Seminis

Seminis Papaveris albi,  
Cannabis,  
Hyoscyami,  
Sesami,  
Lini.

## OLEUM ANISI.

**Rx** Seminjs Anisi mundati & pulverati, libram unam.  
Supra cribrum inversum & coopertum vaporì aquæ  
ferventis per horæ semiquadrantem expone, ut penitiùs hu-  
mescat, tunc sacco denso inclusum prælo calido promptè  
exprimatur. Extillabit oleum viride gustui gratissimum.

*Eodem modo parantur Olea*

Nucis Moschatae,  
Seminis Carvi,  
Anethi,  
Fœniculi,



## OLEA

PER INFUSIONEM ET COCTIONEM.

## OLEUM ROSATUM.

**Rx** Rosarum rubrarum recentium, nondum penitiùs ex-  
plicatarum, contusarum, libram unam,  
Olei Olivarum, libras quatuor.

Macera per dies octo. Insola in vase idoneo, vel in Bâlneo-  
maris finito per tres dies. Rosas exprimito. Novæ eodem modo  
macerentur & insolentur, idque ter repetatur, relictis in oleo  
Rosis ultimæ infusionis.

*Eodem modo parantur Olea*

è summitatibus Anethi,

Floribus Chamæmeli,  
 Meliloti,  
 Violarum,  
 Keiri,  
 Liliorum alborum latè expansorum,  
 Nymphææ albæ, mundatis,  
 Sambuci,  
 Geniftæ.

## OLEUM DE MUCAGINIBUS.

**Rx** Radicum Althææ recentium & in taleolas sectarum,  
 libram unam,  
 Seminum Fœnugræci,  
 Lini, ana semilibram.  
 Aquæ calentis, libras decem.

Macerentur supra cineres calidos per viginti-quatuor horas, identidem agitando. Deindè liquor mucilaginosus coletur & fortiter exprimatur. Expresso adde

Olei Olivarum, libras duas.

Coquantur blando igne ad humidi ferè consumptionem, cavendo ne comburatur mucilago. Tum fiat colatura sine expressione. Oleum colatum servetur ad usum.

## OLEUM HYPERICI.

**Rx** Summitatum Hyperici cum floribus & semine leviter  
 contusarum, libram unam.  
 Conjiciantur in olei Olivarum, libras quatuor.

Per septem dies insola, dein coque leviter Balneo-maris. Cola, & idem secundò fiat. Tertio verò summitates alias pari quantitate & paululùm siccatas in idem oleum conjice, & relinque.

## OLEUM MOMORDICÆ.

**Rx** Fructuum Momordicæ maturorum contusorum,  
 libram unam.

Olei Lini, libram unam semis.

In vase fictili vitrato ponantur supra cineres calidos per viginti-quatuor horas, dein in Balneo-maris ferventi per horam coquantur. Cola & exprime. Expressum oleum cum pari fructuum contusorum quantitate iterum maceretur. Coque. Cola expressum, depuratumque usui servetur.

*Eodem modo parantur Olea*

Lycopersici,

Ex foliis Stramonii,

Cicutæ,

Solani cum baccis,

Hyoscyami,

Nicotianæ:

Sed cum oleo Olivarum.

### OLEUM ABSINTHII.

**Rx** Comarum Absinthii vulgaris recentium & leviter contusarum, libram unam.

Olei Olivarum optimi, libras quatuor.

Infusa per tres dies, vel macera per totidem dies super cineres. Colato oleo alias Absinthii comas infunde, idque iterum repete. Coque demum leniter Balneo-maris. Oleum colatum & defæcatum serva.

*Eodem modo parantur Olea*

Abrotani,

Menthæ,

Majoranæ,

Rutæ,

Myrti.

### OLEUM MELINUM SEU CYDONIORUM.

**Rx** Cydoniorum immaturorum, rejectis seminibus, scobinâ deraforum,

Succi aliorum Cydoniorum, ana libram semis.

Olei Olivarum optimi, libras tres.

Misce in vase vitrato, & supra cineres calidos per triduum

Q ij

infunde ; dein coque Balneo-maris per horas quatuor, cooperto vase, ad succi consumptionem. Expressis Cydoniis, par Cydoniorum & succi quantitas infundatur. Coquatur: expressum magma abjiciatur: expressum oleum colatum & defæcatum reconde.

## OLEUM IRINUM.

**Rx**, Radicum Ireos nostratis recentium & contusarum  
libram unam.  
Olei Olivarum, libras duas.

Macerentur in vase fictili supra cineres calidos per viginti-quatuor horas, bulliant ad humidi ferè consumptionem. Factâ expressione, adde

Florum Ireos, libram semis.

Digere supra cineres calidos per duodecim horas. Leniter bulliant ad humidi ferè consumptionem. Oleum expressum serva.

*Simili modo paratur*

Oleum enulatum, sed absque floribus.

## OLEUM CATELLORUM.

**Rx**, Catellos recens natos numero, tres.  
Conjice in olei Olivarum ferventis, libras tres.

Coquantur ad ossium compaginis dissolutionem. Fiat colatura & expressio; colato calenti adde

Summitatum Origani,

Serpilli,

Pulegii,

Hyperici,

Majoranæ,

ana

uncias duas.

Insolentur per dies quindecim. Cola, & serva.

## OLEUM LACERTARUM.

**Rx**, Lacertas viventes & virides numero quindecim aut viginti pro ratione magnitudinis,  
Olei Olivarum, libras duas,

Vini albi, unciās tres.

Balneo-maris coquantur ad humidi consumptionem. Cola,  
& oleum purum ad usus serva.

*Pari modo confici possunt Olea*

Bufonum,

Ranarum,

### OLEUM SCARABÆORUM.

**Rx** Scarabæorum, libram semissim.  
Olei Laurini, libram unam,  
Quassentur Scarabæi, & cum oleo ritè miscèantur; post  
aliquot dies oleum liquato in Balneo-maris. Serva ad usum.

### OLEUM CASTOREI.

**Rx** Castorei optimi, unciām unam.  
Castoreum minutim incisum contunde in  
Vini generosi, unciis tribus.  
Olei optimi, unciis duodecim.  
In Balneo-maris ad vini consumptionem digerantur; &  
Castoreo remanente oleum serva ad usum.

### OLEUM LUMBRICORUM.

**Rx** Lumbricorum terrestrium, floridorum, ter aquâ te-  
pente lotorum, libras duas.  
Vini rubri, unciās quatuor.  
Olei Olivarum optimi, libras duas.  
Coquantur simul in vase idoneo, dum vinum consumptum  
fuerit, & Lumbrici contabuerint. Expressum oleum, perco-  
latum & defæcatum serva.

### OLEUM MASTICHINUM.

**Rx** Mastiches electæ, unciās sex.  
Olei Rosati, libram unam semis.

Simul vase fictili vitrato angusti orificii excepta, fervido Balneo ad integram Mastiches in oleo dissolutionem detineantur. Deindè cola, purumque oleum ad usus serva.

## OLEUM NARDINUM.

**Rx** Spicæ - Nardi minutim incisæ & contusæ, uncias tres.  
Vini generosi, uncias quatuor.

Simul per duas horas in vase fictili vitrato macerentur in loco temperatè calido, deindè superaffunde

Olei Olivarum optimi, libram unam & uncias duas.

Iterum cooperto vase omnia in Balneo-maris per octiduum digerantur. Deinde fervente Balneo ad integram ferè vini consumptionem coquantur. Cola. Exprime; defæcatumque oleum ad usus serva.

## OLEUM CROCI.

**Rx** Croci optimi, unciam semissem.  
Calami Aromatici, drachmas tres.  
Myrrhæ, drachmas duas.  
Cardamomi, drachmas quatuor & semis.

Macera in Balneo-maris per dies quinque in

Optimi Vini, unciis quatuor.

Olei Olivarum, unciis novem.

Deindè coquantur ad vini consumptionem. Percolatum oleum serva.

## OLEUM EUPHORBII.

**Rx** Euphorbii, unciam unam.  
Dissolve lento igne in olei Keirini, unciis decem.  
Cola & serva.

## OLEUM MANDRAGORÆ.

**Rx** Poma Mandragoræ numero, duodecim.  
 Succorum Foliorum Hyoscyami albi, uncias duas.  
 Cicutæ, unciam unam.  
 Capitem Papaveris albi, uncias tres.  
 Olei violacei, libras duas.

Permixa omnia diebus decem insolentur in vase obturato. Coquantur in Balneo-maris fervente dum succi ferè absumpti sint. Cola oleum & finito defæcari. Tum

**Rx** Opii Thebaici, ana unciam semis.  
 Styracis Calamitæ, ana unciam semis.  
 Solve in aquæ vitæ quantitate sufficiente. Solutionem adde oleo defæcato supra dicto. Digerantur simul identidem agitando per octiduum. Oleum serva.

## OLEUM SCORPIONUM SIMPLEX.

**Rx** Scorpiones terrestres, vivos, mediocris magnitudinis, numero, centum.  
 Olei Olivarum, libras duas.  
 Suffocentur in oleo, & ferventur ad usum in vase clauso.

## OLEUM SCORPIONUM COMPOSITUM.

**Rx** Scorpiones in oleo Scorpionum simplici suffocatos & servatos numero, trecentos.  
 Mitte in vas vitreum Balneo-maris impositum. Affunde olei Scorpionum simplicis, libras tres.  
 Macera per biduum vase obturato. Coque per duas horas. Exprime tum

**Rx** Olei Olivarum, libras tres.  
 Summitatum floridarum recentium Hyperici, uncias sex.  
 Foliorum Scordii recentium, uncias tres.  
 Chamædryos,  
 Calamenthæ,  
 Cardui Benedicti, ana uncias duas.

Comarum Centaurii minoris,

Verbenæ,

Dictamni Cretici, ana unciam unam.

Incisa per biduum macerentur in Balneo-maris; dein per tres horas coquantur. Cola, & exprime. Interim

**Rx** Florum Hyperici, uncias duas,  
Comarum Hyperici in semen abeuntium, uncias quatuor.

Cinnamomi acuti,

Baccarum Juniperi,

Santali Citrini,

Theriacæ,

Mithridatii, ana semiunciam.

Radicum Zedoariæ,

Dictamni albi,

Tormentillæ,

Aristolochiæ rotundæ,

Styracis Calamitæ,

Benzoini, ana drachmas tres.

Myrrhæ electæ,

Rhabbarbari,

Aloës foccotorinæ, ana drachmas duas &amp; semis.

Nardi Indicæ,

Seminis Nigellæ, ana drachmas duas.

Schænanthos,

Cyperi,

Crocii, ana drachmam unam &amp; semis.

Vini albi generosi, quantitatem sufficientem.

Contusis contundendis omnia vino generoso perfusa macerentur per octiduum in Balneo-maris cum oleis duobus supra dictis, & simul coquantur ut artis est. Oleum colatum & expressum serva ad usum.

## OLEUM DE CAPPARIBUS.

**Rx** Gemmarum Capparis, seu florum nondum expansorum, aceto conditorum, uncias octo.  
Corticis radicum Capparis, unciam unam.  
Tamarisci

## Tamarisci,

Seminis Agni-casti,

Radicis Cyperi,

Foliorum Tamarisci,

Scolopendrii, ana drachmas duas.

Rutæ, drachmam unam.

Vini albi odori, uncias duas.

Olei Olivarum, libram unam.

Macerentur simul horis viginti-quatuor supra cineres calidos vase fictili vitrato excepta, eodemque vase cooperto in Balneo ferventi ferè ad vini consumptionem coquantur. Cola. Expri-  
me, defæcatumque oleum reconde.

## OLEUM VULPINUM.

**Rx** Vulpem adultam pinguem, pelle nudatam, exente-  
ratam, sectam in partes.

Salis communis, uncias tres.

Summitatum Anethi,

Thymi,

Chamæpityos, ana uncias duas.

Coque simul in aquæ & vini, ana sufficienti quantitate  
ad carnis ab ossibus separationem. Colaturæ libris duabus  
adde


Olei Olivarum, libras quatuor.

Salviæ,

Rorismarini, ana uncias duas.

Bulliant iterum ad humidi consumptionem, tum cola.





# BALSAMA.

## BALSAMUM TRANQUILLANS.

**Rx.** Foliorum Stramonii vulgaris,  
 Solani officinarum  
 Phytolaccæ,  
 Belladonæ,  
 Mandragoræ,  
 Nicotianæ,  
 Hyoscyami,  
 Papaveris albi,  
 nigri, ana uncias quatuor.  
 Florum vel summitatum Rorismarini,  
 Salviæ,  
 Rutæ,  
 Absinthii utriusque,  
 Hyssopi,  
 Lavandulæ,  
 Thymi,  
 Majoranæ,  
 Costi hortensis,  
 Menthæ,  
 Sambuci,  
 Hyperici,  
 Persicariæ, ana unciam unam.  
 Bufones numero, quinque.

Herbæ, quæ inodoræ sunt, minutim concisæ injiciantur per  
 vices in olei Olivarum ferventis libras quinque, coquantur ad  
 humidi consumptionem, hâc verò ratione ut manipulus non  
 conjiciatur in oleum, nisi prior exsiccatus demptusque fuerit.  
 Herbis tandem coctis & extractis, Bufones vivi in oleum conjici-  
 antur, & ad exsiccationem coquantur. Tum semotis Bufo-

SALUB. FACULTATIS PARIENSIS. 131  
nibus, in oleum immittantur flores & summitates herbarum  
fragrantium concisæ; macerentur ad solem per quindecim  
dies. Colatum oleum ad usum serva.

### BALSAMUM HYPNOTICUM.

**Rx.** Olei Nucis Moscatæ expressi,  
Rosati,  
Violacei,  
Nenupharini, ana drachmas duas.  
Seminum Hyoscyami albi expressi,  
Papaveris albi expressi,  
Benzoini per retortam elicitum,  
Caphuræ, ana drachmam unam.  
Misce & adde  
Unguenti Populei, unciam unam.  
Medullæ Cervinæ, drachmas tres.  
Extracti Opii in Vino Hispanico soluti,  
Croci, ana drachmam unam & dimidiam.  
Fiat Balsamum secundum artem.

### BALSAMUM ARCÆL.

**Rx.** Sevi Hircini, libras duas.  
Terebinthinæ Venetæ,  
Gummi Elemi, ana libram unam semis.  
Axungie Porcinæ, libram unam.  
Liquentur simul, colentur, & fiat Balsamum.

### BALSAMUM LUCATELLI.

**Rx.** Cere Citrinæ,  
Vini Hispanici, ana uncias duodecim.  
Olei Olivarum, uncias octodecim.  
Bulliant ad vini consumptionem; tum adde  
Terebinthinæ Venetæ, uncias octodecim.  
Santali rubri pulverati, uncias duas.  
Assidue moveantur omnia, donec refrigerata fuerint, &  
factum erit Balsamum. Cui majoris efficacis gratiâ addantur  
R ij

Balsami Peruviani, uncia tres.

## BALSAMUM NERVINUM.

**Rx** Olei Palmæ recentis,  
 Nucis Moschatæ,  
 Medullæ Cervi,  
 Cruris Bovis, ana uncias quatuor.  
 Axungia Viperinæ,  
 Humanæ,  
 Taxi, ana unciam unam.  
 Oleorum stillatitiorum Lavandulæ,  
 Menthæ,  
 Rorismarini,  
 Salviæ,  
 Thymi,  
 Caryophyllorum, ana  
 drachmam unam.  
 Camphoræ, drachmas duas.  
 Balsami Tolutani sicci, soluti in spiritûs vini sufficienti  
 quantitate, unciam unam.  
 Misceantur simul, & fiat Balsamum.

## BALSAMUM HYSTERICUM.

**Rx** Bituminis Judaici,  
 Aloës,  
 Galbani,  
 Labdani veri, ana drachmam unam.  
 Assæ foetidæ, scrupulum unum.  
 Castorei,  
 Opii selecti ana drachmam semissem.  
 Oleorum stillatitiorum Rutæ,  
 Succini, ana guttas decem.  
 Absinthii,  
 Sabinæ,  
 Gagatis,  
 Petrolei, ana guttas duodecim.

Olei Nucis Moschatæ, scrupulos duos.  
 Liqueantur Gummi, liquatis permisceantur reliqua, fiatque  
 Balsamum secundum artem.

BALSAMUM VIRIDE METENSIUM.

**Rx.** Olei seminis Lini expressi,  
 Olivarum, ana uncias sex.  
 Laurini, unciam unam.  
 Terebinthinæ Venetæ, uncias duas.  
 Simul igne lento liqueant, refrigeratisque permisce  
 Viridis Æris subtilissimè triti, drachmas tres.  
 Aloës soccotorinæ pulveratæ, drachmas duas.  
 Vitrioli albi, drachmam unam semis.  
 Oleorum stillatitiorum Baccarum Juniperi,  
 unciam semissem.  
 Caryophyllorum, drachmam unam.

Et factum erit Balsamum.

BALSAMUM APOPLECTICUM.

**Rx.** Olei Nucis Moschatæ expressi, unciam unam.  
 Styracis Calamitæ, drachmas duas.  
 Tacamahacæ,  
 Balsami Peruviani,  
 Benzoini, ana drachmam unam.  
 Ambraë cineritiæ, grana sex.  
 Moschi, scrupulum semis.  
 Oleorum stillatitiorum Cinnamomi,  
 Lavandulæ,  
 Majoranæ,  
 Thymi,  
 Caryophyllorum, ana  
 guttas quindecim.  
 Oleorum Citrei,  
 Arantiorum,  
 Ligni Rhodii, ana scrupulum semissem.  
 R iij.

Misce, diu agitentur, & fiet Balsamum.

BALSAMUM COMMENDATORIS.

**Rx.** Radicis Angelicæ Bohemicæ minutim concisæ,  
 Olibani, ana semiunciam.  
 Florum Hyperici siccorum, unciam unam.  
 Spiritûs vini rectificati, libras duas &  
 uncias quatuor.

Digerantur simul sub sole vel in Balneo-maris per octiduum  
 in vase clauso, identidem agitando. Tum

**Rx.** Balsami Tolutani, unciam unam.  
 Styracis Calamitæ, uncias duas.  
 Benzoini Amygdaloides, uncias tres,  
 Aloës soccorinæ,  
 Myrrhæ, ana semiunciam.

Adde, si lubet,

Ambari Cineritii, grana sex.

Contrita conjiciantur in tincturam suprâ dictam. Insolentur  
 adhuc per quadraginta dies. Fiat colatura. Servetur ad usum.

BALSAMUM VULNERARIUM,

**Rx.** Foliorum utriusque Plantaginis,  
 Telephii,  
 Bugulæ,  
 Brunellæ,  
 Symphyti majoris,  
 Saniculæ,  
 Ophioglossi,  
 Veronicæ utriusque,  
 Absinthii vulgaris,  
 Geranii Robertiani,  
 Millefolii,  
 Pilosellæ,  
 Centaurii minoris,  
 Summitatum Hyperici,  
 Hederæ terrestris,

Pentaphylli, ana uncias duas.  
 Contusis affunde  
 Vini rubri austeri,  
 Aquæ vitæ, ana libram semissem.  
 Olei rosacei, libras duas & semis.

Macerentur per dies duos supra cineres calidos. Leviter coque ferè ad humidi consumptionem in vase idoneo. Cola & exprime. Liquori per residentiam defæcato adde

Terebinthiæ Venetæ, libram unam.  
 Olibani pulverati, uncias duas.  
 Fiat Balsamum.

BALSAMUM OPPODELDOC.

**Rx** Radicum siccatarum Bismalvæ,  
 Symphyti,  
 Gentianæ,  
 Aristolochiæ,  
 Angelicæ, ana drachmas sex.  
 Foliorum recentium Saniculæ,  
 Alchimillæ,  
 Myosotis,  
 Ophyoglossi,  
 Pervincæ, ana  
 drachmas duas & semis.

Florum Rorismarini,  
 Salviæ,  
 Lavandulæ,  
 Baccarum Juniperi, ana unciam unam.  
 Seminum Cumini, drachmas quatuor.  
 Castorei pulverati, drachmas duas.  
 Caphuræ, drachmas duas.

Macerentur in matratio amplo per viginti-quatuor horas in igne arenæ cum

Spiritûs vini, unciis viginti-duabus.

Fiat colatura cum expressione. Colaturæ adde

Saponis Hispanici, uncias octo.

Digerantur usque ad perfectam Saponis dissolutionem; & Balsamum servetur ad usum.



# UNGUENTA.

## UNGUENTUM MARTIATUM.

**Rx** Radicum Enulæ campanæ,  
 Valerianæ sylvestris,  
 Bardanæ,  
 Herbarum Absinthii,  
 Abrotani,  
 Ocimi,  
 Calamenthæ,  
 Hyperici,  
 Costi hortensis,  
 Majoranæ,  
 Menthæ aquaticæ,  
 Sabinæ,  
 Salviæ,  
 Sambuci, ana uncias tres.  
 Foliorum Lauri,  
 Rorismarini,  
 Rutæ, ana uncias sex.  
 Seminum Cumini,  
 Fœnugræci,  
 Urticæ majoris, ana unciam semissem.  
 Florum Chamæmeli,  
 Meliloti,  
 Stœchados, ana unciam unam.  
 Cera flavæ, libras duas.  
 Axungia Ursinæ,  
 Anserinæ,  
 Medullæ Cervinæ, ana uncias quatuor.  
 Olei Olivarum, libras octo.  
 Cera, Axungia & Medulla cum oleo liquefiant. Cætera minu-  
 tim

tim incisa aut contusa in eodem oleo macerentur per biduum in Balneo-maris. Coque ad humidum ferè consumptionem, cola & exprime fortiter. Semi-refrigeratis permisce

Styracis liquidæ,  
 Balsami Peruviani, ana uncias duas.  
 Olei Nucis Moschatæ, unciam semissem.  
 Balsami de Copaiva,  
 Gummi Elemi,  
 Mastiches pulveratæ, ana unciam unam.

Agita donec frigescant, & fiat unguentum.

### UNGUENTUM ROSATUM.

**Rx** Adipis Porcini recentis, præparati & aquâ frigidâ multoties, tandem aquâ Rosarum loti, libras duas.  
 Rosarum rubrarum recentium, expansarum & contusarum,

Rosarum pallidarum, ana libram unam.

Misceantur Rosæ cum adipe, in quo dies duos marcescere relinquuntur.

Fusus adeps in Balneo-maris igne lento percoletur, in quo rursus utrarumque Rosarum contusarum tantumdem maceretur duobus diebus. Sensim coquantur in Balneo-maris, dein exprimantur: defæcatum unguentum ad usum serva. Color ruber unguento conciliari potest ope radicis Anchusæ.

### CERATUM REFRIGERANS GALENI.

**Rx** Olei Rosati, libram unam.  
 Cerae albæ, uncias quatuor.

Vase fictili vitrato excepta in Balneo-maris liquentur, pistillo ligneo agitentur, aquâ frigidissimâ sæpiùs renovatâ laventur, & fiat unguentum.

### CERATUM DIASULPHURIS.

**Rx** Balsami Sulphuris Terebinthinati, uncias tres.  
 Cerae flavæ, unciam unam semis.

Colophonix, drachmas tres.  
 Myrrham, ad pondus omnium.  
 Cerâ & Colophoniâ cum Balsamo Sulphuris liquatis, inf-  
 pergatur Myrrha tenuissimè trita, paulatim & partitis vicibus,  
 lento igne coquantur, & fiat Ceratum secundum artem.

## POMATUM ALBUM.

**Rx** Radicis Ireos Florentinæ, unciam unam.  
 Calami Aromatici,  
 Benzoini, ana unciam semissem.  
 Ligni Rhodii,  
 Caryophyllorum, ana drachmas duas.  
 Crassiusculè omnia trita sacco lineo includantur, lento  
 igne coquantur cum  
 Axungix Porci mundatæ, lotæ & liquatæ,  
 libris duabus & semis.  
 Pomis Renetiis in frustra concisis numero, tribus.  
 Aquæ Rosarum, unciis quatuor.  
 Naphæ, unciis duabus.

Post lentam humidi evaporationem sine expressione fiat  
 colatura in mortario marmoreo pistillo ligneo diu multumque  
 agitanda, donec perfectè albescat.

## POMATUM RUBRUM.

**Rx** Ceræ albæ frustulatim sectæ,  
 Medullæ Bovis, ana unciam unam.  
 Pomati albi, uncias tres.  
 Liquefiant in vase faventino Balneo-maris, tum adde  
 Anchusæ, drachmam unam.

Identidem spatulâ ligneâ agita, donec Pomatum colorem  
 rubicundissimum induerit. Trajice per linteum, & serva.

## POMATUM FLORUM ARANTIORUM.

**Rx** Adipis Suilli præparati, libras quinque.  
 Florum Arantiorum recentium, integrorum,  
 libras sex.

Simul quassentur in mortario marmoreo. Mox vase fictili vitrato excepta Balneo-maris committantur, donec liquatus adeps floribus supernatet. Cola. Fortiter exprime. Repone in Cellâ, ut citò citius concresecat. Substratam aquam separa, tum

**Rx** Hoc Pomatum  
 Florum Arantiorum non quassatorum, libras sex.  
 Liquefiant, ut suprâ, Balneo-maris, usquedum flores adipe saturi videantur. Cola. Repone in Cellâ. Aquam separa. Idque bis repete, adjectis tantùm pro singulis vicibus

Florum Arantiorum, libris quatuor.  
 Demùm fæces abjice, ut artis est. Pomatum liqua Balneo-maris lenissimo calore, affundendo

Aquæ Arantiorum, uncias octo.  
 Ex Cochleari cola ( ne quid aquæ permisceatur ) per sericum in vase idoneo, in quo servetur.

### UNGUENTUM NUTRITUM.

**Rx** Lithargyri tenuissimè triti, uncias sex.  
 Olei Rosati, libram unam & uncias duas.  
 Aceti acerrimi, libram semis.

Affunde ad Lithargyrum oleum modo, modo acetum. Agita in mortario, donec Lithargyrus liquorem ebiberit, & fiat unguentum.

### UNGUENTUM ALBUM RHASIS.

**Rx** Cerae albæ minutim concisæ, uncias tres.  
 Olei Rosati, uncias duodecim.

Liquentur simul in vase figulino vitrato, tum adde  
 Plumbi albi præparati & loti, uncias tres.

Diu agita pistillo ligneo dum perfrikerint, & in unguentum redige.

Acetum & Caphura utendi tempore admiscebantur, si Medico videbitur.

UNGUENTUM GRISEUM,  
SEU NEAPOLITANUM SIMPLEX.

**Rx** Axungia Porcinæ lotæ, libram unam.  
Terebinthinæ communis, unciam unam.  
Mercurii crudi, uncias duas.  
Misce diligenter, & fiat unguentum.

UNGUENTUM NEAPOLITANUM COMPOSITUM.

**Rx** Axungia Porcinæ lotæ, libram unam.  
Terebinthinæ communis, uncias duas.  
Mercurii crudi, uncias quatuor.  
Misce diligenter, & fiat unguentum.

UNGUENTUM DE ARTHANITA.

**Rx** Succi vel decocti fortis Arthanitæ, libram unam semis.  
Succi Cucumeris agrestis,  
Butyri, ana libram semis.  
Olei Irini, libram unam.  
Colocynthidos, uncias duas.  
Polypodii, uncias tres.  
Euphorbii, drachmas duas.  
Macera & coque secundum artem. Expressioni adde  
Cera, uncias duas & semis.  
Sagapeni præparati,  
Fellis Taurini ad mellis spissitudinem cocti, ana unciam semissem.  
Scammonii,  
Turpethi,  
Colocynthidos,  
Baccarum vel foliorum Mezerei,  
Aloës, ana drachmas tres & semis.  
Salis Gemmæ, drachmas duas.  
Euphorbii,  
Piperis longi,

Myrrhæ,  
Zingiberis,  
Florum Chamæmeli, ana drachmam unam semissem.  
Fiat unguentum secundum artem.

### UNGUENTUM DE NICOTIANA.

**Rx** Foliorum Nicotianæ contusorum,  
Axungie Porcinæ recentis, ana libras duas.  
Macerentur simul per tres dies, deinde coquantur ad consumptionem humoris. Cola Exprime, & fiat unguentum secundum artem.

### UNGUENTUM DE TUTHIA.

**Rx** Tuthiæ præparatæ,  
Butyri recentis in aquâ Euphrasiæ loti,  
Unguenti Rosati, ana semiunciam.  
Misce, fiat unguentum.

### UNGUENTUM TETRAPHARMACUM, SIVE BASILICUM.

**Rx** Resinæ Pineæ,  
Picis Navalis,  
Ceræ flavæ à sordibus repurgatarum, ana uncias sex.  
Minutim concisæ liquentur cum  
Olei Olivarum, librâ unâ & semis.  
Ubi parùm refrixerint, pistillo ligneo agitentur, & in unguenti consistentiam redigantur.

### UNGUENTUM RUBRUM EXSICCANS, VULGO DESICCATIVUM RUBRUM.

**Rx** Olei Rosati, uncias sexdecim.  
Ceræ flavæ, uncias quatuor.  
Simul liquatis & ab igne remotis, insperge  
Lapidis Calaminaris,

Boli communis præparatorum, ana uncias tres.  
 Lithargyri,  
 Plumbi albi præparati & loti, ana uncias duas & semis.  
 Caphuræ, drachmam unam.

Hæc omnia tamdiu pistillo ligneo agita, donec Cerati consistentiam acquirant.

### UNGUENTUM AD SCABIEM.

**Rx** Axungia Suillæ in succo scabiosæ sæpius lotæ, uncias sex.  
 Radicis Oxylapathi ad putrilaginem coctæ, & per fetaceum trajectæ,  
 Florum Sulphuris, ana unciam unam & semissem.  
 Unguenti Populei in succo Enulæ nutriti, unciam semis.

Omnibus in mortario ritè subactis, fiat unguentum ex tempore parandum.

### UNGUENTUM DIAPOMPHOLYGOS.

**Rx** Olei Rosati, uncias viginti.  
 Succis è Solano ejusque Baccis viridibus expressi, uncias octo.

Coquantur simul lento igne ferè ad succi consumptionem: tunc adde, & cum eis liqua

Ceræ albæ, uncias quinque.

Ab igne remoto vase, prædictis superinjice Pulverum tenuissimorum

Pompholygis lotæ, id est Florum Zinc, uncias quatuor.

Plumbi albi præparati & loti

Plumbi usti, ana uncias duas.

Postremò

Thuris puri, unciam unam.

Pistillo ligneo continenter agita, dum refrixerint, & unguenti formam acquisiverint.

## UNGUENTUM COMITISSÆ.

℞ Gallarum immaturarum, unciam unam,  
 Nucum Cupressi,  
 Seminum Berberis,  
 Plantaginis, ana drachmas duas.  
 Sumac, semiunciam.  
 Corticis Granatorum, drachmas duas.  
 Aluminis rupei, unciam dimidiam.  
 Misce, fiat Pulvis. Tum

℞ Ceræ citrinæ, uncias tres.  
 Olei communis, uncias octo.  
 Mastiches, drachmas duas.  
 Simul liquatis affunde pulverem supra dictum, & fiat unguentum secundum artem.

## UNGUENTUM ÆGYPTIACUM.

℞ Mellis optimi, uncias quatuordecim.  
 Aceti fortis, uncias septem.  
 Viridis Æris pulverati, uncias quinque.  
 Coquantur simul ad Æris dissipationem, ita ut unguento debita spissitas & purpureus color accedant.

## UNGUENTUM MUNDIFICATIVUM DE APIO.

℞ Foliorum recentium Apii, libram unam.  
 Nicotianæ,  
 Sempervivi majoris,  
 Solani, ana semilibram.  
 Absinthii,  
 Agrimonix,  
 Betonicæ,  
 Chelidonii majoris,  
 Marrubii,  
 Millefolii,  
 Pimpinellæ,

Plantaginis,  
 Brunellæ,  
 Vincæpervincæ,  
 Summitatum Anagallidis,  
 Centaurii minoris,  
 Scordii,  
 Veronicæ, ana uncias duas.  
 Radicum recentium Aristolochiæ clematidis,  
 Cyperi longi,  
 Iridis nostratis,  
 Scrophulariæ majoris, ana  
 uncias duas.  
 Aloës pulveratæ,  
 Myrrhæ selectæ contusæ, ana unciam unam.  
 Olei Olivarum, libras quatuor.  
 Ceræ flavæ, uncias duodecim.  
 Sebi arietini, semilibram.  
 Resinæ Pini,  
 Terebinthinæ claræ, ana uncias quinque.

Aloë & Myrrha in oleo igne lento dissolvantur. Dissolutis adde Sebum, dein projice radices & herbas contusas; coquantur sæpius movendo, donec totus plantarum humor ferè consumptus fuerit. Postea colentur & fortiter exprimantur. Expresso, sæcibus omnibus exemptis, adde Ceram, Resinam & Terebinthinam. Coletur iterum, & perfectum erit unguentum.

### UNGUENTUM DE STYRACE.

**R** Olei Nucum,  
 Styracis liquidæ, ana uncias quinque.  
 Colophoniæ, uncias septem cum semisse.  
 Gummi Elemi,  
 Ceræ novæ flavæ, ana uncias tres &  
 drachmas sex.

Misce, fiat unguentum secundum artem.

UNGUENTUM

UNGUENTUM FUSCUM,  
VULGO *de la Mere.*

**Rx** Axungia Porci,  
Butyri recentis,  
Cerae flavæ,  
Sebi arietini,  
Lithargyri præparati, ana uncias octo.  
Olei Olivarum, libram unam.  
Coque donec ex fusco nigrescat unguentum.

UNGUENTUM DE ALTHÆA.

**Rx** Radicis Althææ recens mundatæ & contusæ,  
uncias duodecim.  
Maceretur in  
Decocti hordei, libris duabus &  
unciis quatuor.  
Seminum Lini,  
Fænugræci, ana uncias sex.  
Macerentur hæc duo simul per viginti-quatuor horas in  
Decocti hordei, libris duabus &  
unciis quatuor.  
supra cineres calidos. Dein omnia simul mixta leviter bulliant,  
& mucilago exprimatur.

**Rx** Hujus mucilaginis, uncias duodecim.  
Adipis suilli recentis,  
Medullæ vituli, ana uncias duas.  
Olei Violarum,  
Amygdalarum dulcium, ana uncias sex.  
Olivarum, uncias duodecim.  
Bulliant simul ferè ad humidi consumptionem semper agi-  
tando. Tum adde  
Cerae minutim concisæ, uncias octo.  
Resinæ Pineæ pulveratæ, uncias tres.  
Liquatis & ab igne remotis paulatimque refrigeratis, adjice  
Terebinthinæ,

Gummi Ammoniaci in vino albo soluti, colati, ad Mellis consistentiam cocti, & postea Terebinthinæ permixti, ana unciam unam. Omnia commixta & pistillo ligneo agitata, redigantur in unguentum.

UNGUENTUM APOSTOLORUM,  
SIVE DODECAPHARMACUM.

**Rx** Cerae flavæ, unciâs duas & semis.  
Terebinthinæ,  
Gummi Ammoniaci,  
Resinæ Pini, ana unciam unam &  
drachmas sex.  
Lithargyri purgati & triti, unciam unam &  
drachmam unam.  
Aristolochiæ rotundæ,  
Bdellii,  
Olibani, ana unciam unam.  
Myrrhæ,  
Galbani, ana unciam semissem.  
Opopanacis,  
Viridis æris, ana drachmas duas.  
Olei Olivarum, libram unam & semis.

Lithargyrus in olei portione blando igne nutriatur, tum sensim olei reliquum affundatur, & Cera minutim concisa cum pulveratâ Resinâ, ut simul liquentur, & continuò agitando permisceantur.

His ab igne semotis Gummi pulverata miscebuntur, dein pulveres Aristolochiæ & Myrrhæ, tandemque viridis æris; & fiet unguentum.

UNGUENTUM POPULEUM.

**Rx** Gemmarum Populi, libram unam semis.  
Contundantur & macerentur in  
Axungia suillæ insulsæ & præparatæ, libris tribus.  
In vase figulino vitrato oris angusti, ritè operculato, in



## UNGUENTUM EPISPASTICUM.


**Rx** Cantharidum,  
 Seminis Sinapi pulveratorum, ana drachmas duas.  
 Pyrethri,  
 Staphidis agriæ,  
 Et Piperis longi pulveratorum, ana drachmam unam.  
 Euphorbii pulverati, grana quindecim.  
 Misce lege artis cum  
 Unguenti Basilici, unciis duabus.  
 Et Terebinthinæ, quantitate sufficiente.  
 Fiat unguentum.



## EMPLASTRA.

## EMPLASTRUM DIAPALMA.

**Rx** Lithargyri tenuissimè triti,  
 Olei Olivarum,  
 Axungia suillæ ritè expurgatæ, ana libras tres.  
 Aquæ communis, quantitatem sufficientem.  
 Bulliant simul spatulâ ligneâ assiduè versando. Sub finem  
 adde  
 Vitrioli albi in aquâ soluti, uncias quatuor.  
 Coque ad Emplastri consistentiam.  
 Si loco Vitrioli Colcothar pulveratum & oleo Olivarum  
 nutritum adhibeatur, fiet Emplastrum Diachalciteos.



EMPLASTRUM DE CERUSSA,  
SEU ALBUM COCTUM.

<b>Rx</b>	Plumbi albi præparati,	libras tres.
	Olei Rosati,	libras quatuor.
	Aquæ fontanæ,	quantum satis.
	Ceræ albæ,	uncias octo.

Oleum, Plumbum album & aqua bulliant simul in vase idoneo, dum concorporentur & digitis tractari possint: tum Ceram adde ut liquecat. Fiat Emplastrum.

## EMPLASTRUM SAPONACEUM.

<b>Rx</b>	Saturni rubri,	libram unam.
	albi,	femilibram.
	Olei Olivarum,	libras duas.
	Saponis albi derafi,	uncias quatuor.
	Aquæ Naphæ,	uncias novem.
	Ceræ novæ flavæ,	uncias duas.

Misce, fiat Emplastrum secundum artem.

Massæ hujus Emplastri addi potest Camphoræ tritæ quantum libuerit ex tempore; & erit Emplastrum saponaceum camphoratum, ab aliquo tempore in officinis desideratum.

EMPLASTRUM NIGRUM,  
SIVE DE CERUSSA USTA.

<b>Rx</b>	Plumbi albi pulverati,	
	Olei Olivarum,	ana libram unam.

Coque simul igne forti, addendo per vices aceti paululum, dum consistentiam Emplastri & nigricantem colorem acquirant. Demum adde

Ceræ flavæ,	uncias quatuor.
-------------	-----------------

## EMPLASTRUM DE MINIO.

<b>Rx.</b>	Oleorum Rosati,		uncias sex.
	Myrtini,		
	Unguenti Populei,	ana	uncias quatuor.
	Pinguedinis Gallinæ,		uncias duas.
	Porcinæ,		uncias septem.
	Sebi vervecini,		
	vaccini,	ana	uncias sex.
	Lithargyri præparati,		uncias octo.
	Plumbi albi,		uncias quatuor.
	Minii tenuissimè triti & oleo nutriti,		uncias octo.
Terebinthinæ,		drachmas decem.	
Ceræ albæ liquatæ,		uncias sex.	

Olea, unguentum, pinguedines, lithargyrus, plumbum & Minium coquantur simul, ex arte addendo per vices aquæ paululùm. Peractâ coctione liquefiant Cera & Terebinthina. Tum etiam admisceantur

Minii pulverati, uncia sex.  
Et factum erit Emplastrum.

## EMPLASTRUM ANDRÆ A CRUCE.

<b>Rx.</b>	Resinæ,		libram unam.
	Gummi elemi,		uncias quatuor.
	Terebinthinæ Venetæ,		
	Olei Laurini;	ana	uncias duas.

Fiat ex arte Emplastrum in vase asservandum.

SPARADRAP,  
SEU TELA GUALTERII.

<b>Rx.</b>	Massæ Emplastri Diapalmæ,		
	Diachyli simplicis,	ana	libram unam.
	de Cerussâ,		libram semissem.

Liquatis simul admisce

Ireos Florentinæ pulveratæ,	unciam unam & semis.
-----------------------------	----------------------

EMPLASTRUM ODONTALGICUM.

**Rx.** Gummi Tacamahacæ,  
           Elemi,           ana           drachmas duas.  
 Olibani,  
 Mastiches,           ana           drachmam unam.  
 Resinæ Pini,                   drachmas sex.  
 Camphoræ,                   scrupulos duos.  
 Opii pulverati,               femidrachmam.  
 Petrolei,                   quantitatem sufficientem.

Lento igne liquefiat Resina, dein admisce Gummi Elemi, postea pulveres cæterorum Gummi & Opii. Ultimò Camphoram in Petroleo dissolutam. Fiar Emplastrum secundum artem, cui olei Caryophyllorum guttæ aliquot admiscebuntur.

EMPLASTRUM DE BETONICA.

**Rx.** Succii Foliorum Betonicæ defæcati,           libram unam.  
 Foliorum recentium Betonicæ,           libram unam.  
           Plantaginis,  
           Lauri,  
           Apii,  
           Verbenæ,  
           Salviæ,           ana           libram semis.  
 Cera flavæ,                   libram unam &  
   uncias quatuor.  
 Resinæ,                   libram unam &  
   uncias duodecim.  
 Picis albæ,                   uncias quatuordecim.  
 Terebinthinæ,               libram unam.  
 Mastiches,  
 Olibani,  
 Gummi Elemi purissimi,           ana           unciam unam.

Cera, Resina, Pix & Terebinthinæ simul liquentur. Liquatis adde contusas herbas & succum. Coque ad humidi ferè consumptionem. Expressum & denuò liquatum, finito defæcari.

Defæcato adde Gummi Elemi : Tandem Mastichen & Olibanum pulverata permisce ; fiat Emplastrum.

## EMPLASTRUM DE CICUTA.

<b>Rx</b> Resinæ Pini,	libram unam & uncias duodecim.
Ceræ Citrinæ,	libram unam & uncias quatuor.
Picis albæ,	uncias quatuordecim.
Olei Capparum,	uncias quatuor.
Cicutæ contusæ,	libras quatuor.

Coquantur simul in Emplastrum, cui per pannum fortiter expresso permisceatur

Gummi ammoniaci aceto scyllitico & succo Cicutæ soluti, & ad Emplastri formam inspissati, libra una.

Fiat Emplastrum secundum artem.

## EMPLASTRUM DE MELILOTO SIMPLEX.

<b>Rx</b> Summitatum Meliloti floridarum & recentium,	libras tres.
---	--------------

Contunde & immitte in

Sebi bovini liquefacti, libras quatuor.

Coque ferè ad humidi consumptionem : Sebo fortiter expresso immisce

Resinæ albæ, libras sex.

Ceræ flavæ, libras tres.

Et factum erit Emplastrum.

## EMPLASTRUM DE MELILOTO COMPOSITUM.

<b>Rx</b> Florum Meliloti,	uncias sex.
Chamæmeli,	uncias tres.
Radicis Althææ,	unciam unam.
Croci,	femiunciam.
Fenugræci,	
Radicis Ireos,	ana unciam unam semis.
	Gummi





Omnia ex arte coque ad mucaginum spissitudinem debitam. Massæ ab igne remotæ & minus calenti adde

Gummi Ammoniaci,  
Galbani,  
Opopanacis,  
Sagapeni, vino solutorum & inspissatorum ad  
mellis crassitiem, ana unciam dimidiam.  
Croci pulverati, drachmas duas.

Fiat ex arte Emplastrum.

### EMPLASTRUM DIACHYLUM SIMPLEX.

**Rx** Radicum recentium Althææ per taleolas sectarum,  
Seminum mundatorum Fœnugræci,  
Lini, ana uncias quatuor.

Macerentur per viginti-quatuor horas in  
Decocti hordei, libris sex.

Supra cineres calidos identidem agitando : Dein blando igne bulliant, & mucilago exprimatur.

**Rx** Mucaginis expressæ, libras tres.  
Lithargyri purgati & lævigati, libram unam  
& dimidiam.

Olei Irini, libras tres.

Coquantur lithargyrus & oleum, addendo sensim totam mucaginem ad humidi ferè consumptionem, assiduè agitando.  
Coquantur ad debitam Emplastri spissitudinem.

### DIACHYLUM IREATUM.

**Rx** Massæ Emplastri supra præscripti adhuc calentis, libram unam.  
Pulveris Iridis Florentinæ, unciam unam.

Misce, & erit Diachylum Ireatum.

### DIACHYLUM MAGNUM GUMMATUM.

**Rx** Radicum Althææ recentium mundatarum & minutim incisarum,

Ficum pinguium,  
 Uvarum passerarum,  
 Seminum Fœnugræci,  
 Lini, ana uncias quatuor.  
 Decocti hordei ferventis, libras sex.

Macerentur supra cineres calidos per horas viginti-quatuor, spatulâ ligneâ sæpius movendo. Deindè lento igne coquantur; & fiat colatura ritè inspissanda. Interim

**Rx** Ichthyocollæ albæ nitidæ minutim concisæ,  
 drachmas quatuor.  
 Decocti hordei, libram unam.

Macerentur tepidè, & mucilago extrahatur colanda. Miscetur cum priori mucilagine. Tum

**Rx** Lithargyri puri triti, libras duas.  
 Oleorum Anethini,  
 Chamæmelini,  
 Irini, ana libram unam.

Coquantur simul, sensim admiscendo mucagines supra dictas ad humidi ferè consumptionem. Tum adde

Oesypi, uncias duas & drachmas duas.

Terebinthinæ, uncias quatuor & semis.

Resinæ Pini,

Ceræ flavæ, ana uncias tres.

Gummi Ammoniacy,

Bdellii,

Galbani,

Sagapeni, prius vino dissolutorum, colatorum

& ad mellis spissitudinem inspissatorum, ana

uncias duas.

Misce, fiat Emplastrum secundùm artem.

### EMPLASTRUM EPISPASTICUM.

**Rx** Seminis Sinapi,  
 Euphorbii,  
 Piperis longi, ana drachmam unam.  
 Seminis Staphidis agricæ  
 Radicis Pyrethri, ana drachmas duas.

Cantharidum pulveratarum, unciam semis.

Resinæ,

Ceræ citrinæ, ana drachmas sex.

Picis Burgundiæ,

Terebinthinæ, ana unciam unam.

Euphorbium seorsim pulverandum est cum unâ aut alterâ olei guttulâ : cætera simul teri debent, & in pulverem redigi.

Cera, Resina & Pix Burgundiæ liquentur cum Terebinthinâ, iisque ab igne remotis, pulveres admisceantur, & agitando redigantur in Emplastrum.

### EMPLASTRUM DE LINAMENTO.

**Rx.** Linamentorum veterum minutim incisorum, libram unam.  
 Olei Olivarum, libras tres & semis.  
 Plumbi albi, libram semis.  
 Lithargyri, uncias decem.  
 Ceræ flavæ, libram semis.  
 Myrrhæ, uncias duas.  
 Thuris, uncias tres.  
 Aloës foccotorinæ, unciam unam.

Fiat Emplastrum secundum artem.

### EMPLASTRUM NORIMBERGENSE.

**Rx.** Minii, libram unam.  
 Olei Rosati, ana unciam quatuordecim.  
 Aquæ communis, uncias quatuordecim.

Coquantur simul blando igne ad cerati spissitudinem. Tum adde

Sebi Cervini, drachmas sex.

Absolvatur coctio ad crassitiem Emplastri, cui permisce

Caphuræ pulveratæ, drachmas sex.

Fiat Emplastrum.

EMPLASTRUM ABBATIS *de Grace.*

**Rx** Olei Rosati, uncias sexdecim.  
 Succi Rosarum pallidarum defæcati,  
 Lithargyri præparati, ana uncias octo.  
 Plumbi albi præparati, uncias duas.  
 Coquantur ex arte in Emplastri consistentiam.  
 Adde  
 Cera flavæ, uncias quatuor.  
 Fiat Emplastrum secundum artem.

## EMPLASTRUM MAGNETICUM.

**Rx** Sagapeni,  
 Ammoniacy,  
 Galbani in aceto scyllitico dissolutorum, ana uncias tres.  
 Cera flavæ,  
 Terebinthinæ Venetæ, ana uncias quatuor & semis.  
 Magnetis Arsenicalis in Alcool redacti, uncias tres.  
 Colcotharis, unciam unam.  
 Olei succini, unciam semis.  
 Fiat Emplastrum secundum artem.

## EMPLASTRUM DE STYRACE.

**Rx** Colophonix, libram unam.  
 Cera flavæ,  
 Gummi Elemi, ana libram dimidiam.  
 Liquefactis & colatis adde  
 Emplastri de Linamento, uncias quatuor.  
 Tum semi-refrigeratæ massæ admisceto,  
 Styracis liquidæ repurgatæ, libram unam.  
 Fiat Emplastrum secundum artem.



Lavandulæ,  
 Matricariæ,  
 Meliloti,  
 Schœnanthi,  
 Stæchados, ana unciam unam.

Aceti acerrimi,  
 Vini albi, ana libras duas.  
 Aquæ communis, quantitatem sufficientem.

Fiat Decoctum secundùm artem. Deindè

**R.** Lithargyri præparati, libras quatuor.  
 Oleorum Ranarum,  
 Lumbricorum,  
 Anethini,  
 Chamæmelini,  
 de Spica per infusionem & decoctum parati,  
 Enulæ,  
 Liliorum, ana semilibram.  
 Pinguedinum Porci,  
 Vituli, ana uncias duodecim.

Pinguedines in oleis liquefiant, simulque cum lithargyro frigidè confundantur, & cum decocto præscripto in Emplastrum solidius ex arte coquantur. Tum admisce

Olei Laurini, uncias quatuor.  
 Axungię viperarum, uncias sex.  
 Cera flavæ, libras duas.  
 Styracis liquidæ, uncias quatuor.  
 Terebinthinæ claræ, uncias duas.

Emplastro ab igne remoto insperge

Pulverum Olibani,  
 Euphorbii,  
 Myrrhæ,  
 Croci, ana unciam unam.

Demum & ferè refrigeratæ massæ instilletur guttatim semper movendo

Olei essentialis Lavandulæ, sesquidrachma.  
 Fiat Emplastrum.

EMPLASTRUM

EMPLASTRUM DE RANIS,  
SEU DE VIGO CUM MERCURIO.

**Rx** Hydrargyri per alutam trajecti, libram unam.  
Extingue cum  
Terebinthinæ, &  
Styracis liquidæ repurgatæ, ana unciis duabus.

Extinctus Hydrargyrus, & cum Terebinthinâ & Styrace debite mistus confundatur cum dimidiâ parte Emplastri suprâ præscripti; diligenter & accuratè terantur, subigantur, permisceantur & in formam Emplastri redigantur.

EMPLASTRUM CERONEUM.

**Rx** Resinæ Pini, libras duas & semis.  
Picis navalis, uncias decem.  
Ceræ flavæ, uncias duodecim.  
Sebi vervecini, uncias quatuor.  
Boli communis præparatæ, uncias decem.  
Myrrhæ,  
Olibani,  
Minii, pulveratorum, ana uncias duas.

Misce, fiat Emplastrum secundùm artem.

EMPLASTRUM STOMACHALE.

**Rx** Ceræ flavæ, uncias tres.  
Terebinthinæ,  
Gummi Tacamahacæ, ana uncias duas.  
Mastiches,  
Labdani puri,  
Styracis Calamitæ, ana unciam semissem.  
Benzoini,  
Caryophyllorum,  
Nucis Moschatæ, pulveratorum, ana drachmas duas.  
Opii pulverati, drachmam unam.  
Oleorum stillatitiorum Menthæ,

Absinthii, ana guttas sex.

Cera liquefiat in calente mortario; adde Terebinthinam. Mox insperge Gummi pulverata jugiter agitando: tum cæteros pulveres; denique fermè refrigerato Emplastro instilla olea stillatitia; Fiat Emplastrum.

## EMPLASTRUM OXYCROCEUM.

**Rx** Colophoniæ,  
Picis Burgundiacæ,  
Ceræ flavæ, ana unciâs quatuor.  
Gummi Ammoniâci,  
Galbani,  
Terebinthinæ, ana unciam unam & drachmas tres.

Gummi aceto dissolvantur & coquantur ad mellis spissitudinem. Terebinthina & Gummi inspissata permisceantur. Interea Colophonia, Pix & Cera simul igne lento liquefiant.

His ab igne semotis tantisperque refrigeratis, immisce diligenter Gummi.

Posthac illicò insperge

Olibani,

Mastiches,

Myrrhæ,

Croci, tenuissimè pulveratorum, ana unciam unam & drachmas tres.

Fiat ex arte Emplastrum.

## EMPLASTRUM DIVINUM.

**Rx** Galbani,  
Myrrhæ, ana unciâs duas & drachmas duas.  
Ammoniâci, unciâs tres & drachmas tres.

Opopanacis;

Mastiches,

Aristolochiæ longæ,

Æruginis,	ana	unciam unam.
Lithargyri præparati,		libram unam.
Olei Olivarum,		libras duas.
Aquæ fontanæ,		quantum satis.
Ceræ novæ,		uncias octo.
Thuris masculi,		unciam unam & drachmam unam.
Bdellii,		uncias duas.
Magnetis lævigati,		uncias tres.

Fiat Emplastrum secundum artem.

In inspergendis pulveribus observabitur sub finem addendam esse Æruginem, si Emplastrum viride volueris, si verò rubrum, cum lithargyro coquendam esse.

### EMPLASTRUM MANUS DEI.

<b>Rx</b> Olei communis,		libras octo.
Lithargyri præparati,		libras quatuor.
Ceræ citrinæ,		libras duas.
Terebinthinæ Venetæ,		libram unam.
Galbani,		
Opopanacis,		
Ammoniæ,		
Sagapeni,		
Myrrhæ,		
Olibani,		
Mastiches,	ana	uncias octo.
Olei Laurini,		uncias sex.
Lapidis Calaminaris,		
Magnetis præparatorum,		
Aristolochiæ longæ,		
& rotundæ,	ana	uncias quatuor.

Primum lithargyrus cum oleo olivarum in cacabo aheneo amplo debite agitetur, deinde addantur aquæ communis libræ tres circiter, & coquantur ut artis est ad Emplastri solidi spissitudinem. Tum injecta cera liquecat. Liquatâ cerâ, Emplastro ab igne semoto addantur Galbanum, Ammoniacum, Opopanax & Sagapenum aceto liquata, percolata, ritè inspissata, cum Terebinthinâ & oleo laurino permista, tandem

Pulvis ex Myrrhâ , Olibano , Mastiche , Lapide Calaminari ,  
Magnete & Aristolochiâ utrâque paratus. His omnibus ritè  
permixtis, confectum erit Emplastrum.

## EMPLASTRUM OPODELTOCH

<b>Rx</b>	Ceræ novæ mundissimæ ,		libram unam.
	Terebinthinæ Venetæ claræ ,		libram semis.
	Oleorum Hyperici ,		
	Myrtini ,	ana	unciam unam semis.
	Gummi Elemi ,		uncias tres.
	Ammoniaci ,		
	Galbani ,		
	Opopanacis , præparatorum ,	ana	drachmas tres.
	Colophonix ,		drachmas sex.
	Mumix selectæ ,		
	Succini albi præparati ,	ana	drachmas duas.
	Olibani ,		
	Mastiches ,		
	Sanguinis Draconis ,		
	Sarcocollæ purgatæ ,	ana	drachmam unam semis.
	Aloës Hepaticæ ,		drachmam semis.
	Myrrhæ ,		drachmam unam.
	Lapis Magnetis præparati ,		drachmas sex.
	Croci Martis astringentis ,		
	Tuthiæ præparatæ ,	ana	unciam unam.
	Lapis Calaminaris præparati ,		uncias quinque.
	Lithargyri præparati ,		unciam unam.
	Colcotharis edulcati ,		uncias duas.
	Succorum Alchimillæ ,		
	Symphyti ,		
	Veronicæ ,		
	Pyrolæ ,		
	Saniculæ ,		
	Consolidæ mediæ ,		
	Telephii ,		
	Nicotianæ ,		

Nummulariæ, ana unciam unam.

Olea cum succis coquantur ad humidi consumptionem. Adde Ceram & Colophoniam liquatas simul & colatas. His ab igne semotis & semi-refrigeratis immisce Gummi ex Terebinthinâ soluta, postremò cætera in pulverem acta; & fiat Emplastrum secundum artem.

## EMPLASTRUM DE SPERMATE CETI.

**Rx** Cerae albæ, unciæ quatuor.  
Spermatis Ceti, unciæ duas.  
Olei seminum quatuor frigidorum majorum,  
unciæ semissem vel quantitatem sufficientem.  
Fiat Emplastrum ex tempore parandum.

## EMPLASTRUM DIABOTANUM.

**Rx** Foliorum recentium cum radicibus Bardanæ,  
Petasitidis,  
Calendulæ,  
Cicutæ,  
Chamæpithyos,  
Levistici,  
Valerianæ majoris,  
Angelicæ hortensis,  
Enulæ campanæ,  
Raphani Rusticani,  
Cucumeris sylvestris,  
Scrophulariæ,  
Illecebræ,  
Chelidoniæ majoris,  
& minoris,  
Gratiolæ, ana unciæ sex.  
Coque in aquæ communis,  
Cola. Expresso adde  
Succorum Cicutæ,  
Chelidonii majoris,  
Hormini, ana  
sufficienti quantitate.

libras quatuor,  
X iij

Illecebræ, libram unam.  
 Vaporent Balneo-maris ad extracti solidioris consistentiam;  
 hujus uni libræ admisce  
 Gummi Galbani,  
 Ammoniacy,  
 Opopanacy,  
 Sagapeny, in aceti scyllitici sufficienti quan-  
 titate solutorum, & inspissatorum, ana  
 uncias quatuor.

Interea,

**Rx.** Lithargyri pulverati, libras duas.  
 Olcorum de Lumbricis,  
 Catellis,  
 Meliloto,  
 de Mucaginibus, ana uncias octo.  
 Aquæ communis circiter, uncias viginti.  
 Coque simul ad Emplastris paulò siccioris consistentiam,  
 cui per vices admisce Extractum supra dictum, permixtum  
 cum Gummi Balneo-maris prius liquefactis. Tum adde  
 Sulphuris vivi tenuissimè pulverati, uncias quindecim.  
 Postea liquefiat  
 Ceræ Citrinæ,  
 Styracis liquidæ repurgatæ,  
 Picis Burgundicæ, ana libra una.  
 Massæ semi-refrigeratæ insperge pulveres  
 Radicum Ireos Florentinæ,  
 Cyclaminis,  
 Ranunculi Tuberosi,  
 Coronæ Imperialis,  
 Serpentariæ,  
 Hellebori albi, ana drachmas sex.  
 Sigilli Beatæ Mariæ,  
 Ari, ana unciam unam.  
 Trium Aristolochiarum, ana drachmas duas.  
 Afari, uncias tres.  
 Foliorum Pistachiorum, drachmas tres.  
 Baccarum Lauri, semiunciam.  
 Seminum Angelicæ,

SALUB. FACULTATIS PARISIENSIS. 167

Nasturtii,	ana	drachmas sex.
Cumini,		uncias tres.
Fimi columbini,		unciam unam.
Bituminis Judaici,		
Olibani,		
Mastiches,	ana	uncias octo.
Gummi Tacamahacæ,		uncias duodecim.
Bdellii,		
Myrrhæ,	ana	uncias tres.
Euphorbii,		unciam unam.
His ritè permixtis tandem adde		
Camphoræ,		unciam unam semis.
In olei Caryophyllorum,		unciâ unâ.
solutæ.		
Olei de lateribus,		uncias duas & semis.
Fiat Emplastrum secundùm artem.		





# APPENDIX.

## DE CADAVERUM CONDITURA.

---

### PULVIS AD CONDIENDUM COR.

**Rx** Cinnamomi, ana  
 Myrrhæ, uncias octo.  
 Aloës,  
 Ladani,  
 Benzoini,  
 Caryophyllorum,  
 Nucis Moschatæ, ana  
uncias quatuor.  
 Misce, fiat Pulvis tenuissimus.

### PULVIS AD CONDIENDA INTERANEA, ET CAVITATES IMPLENDAS.

**Rx** Myrrhæ,  
 Aloës, ana  
libras sexdecim.  
 Bituminis Judaici, libras decem.  
 Salis marini decrepitati, libras sex.  
 Radicum Angelicæ,  
 Imperatoriæ,  
 Acori,  
 Asari,  
 Iridis Florentinæ,  
 Zingiberis, ana  
libras tres.  
 Ligni Sassafras.  
 Santali citrini,  
 Juniperini,  
 Rhodii,  
 Cedrini, ana  
libras duas.  
Summitatum

Summitatum Lavandulæ,  
 Sabinæ,  
 Menthæ,  
 Thymi,  
 Rorismarini,  
 Salviæ,  
 Stœchados,  
 Absinthii, ana libram unam.

Misce, fiat Pulvis.

PULVIS AD INFARCIENDAS CARNES.

**Rx** Cinnamomi,  
 Canellæ albæ,  
 Cassiæ Caryophyllatæ,  
 Costi,  
 Piperis Jamaicensis,  
 Piperis nigri,  
 Radicum Enulæ,  
 Iridis Florentinæ.  
 Cyperi longi,  
 Acori veri,  
 Caryophyllorum,  
 Nucis Moschatæ, ana libram semis.  
 Myrrhæ,  
 Aloës, ana libras tres.  
 Bituminis Judaici,  
 Benzoini,  
 Tacamahacæ,  
 Ladani,  
 Olibani, ana libras duas.  
 Foliorum Lauri,  
 Majoranæ.  
 Thymi, ana libram unam.  
 Florum Lavandulæ, libras duas.  
 Fiat omnium Pulvis tenuissimus.

## BALSAMUM AD LORICANDUM CORPUS.

**Rx**, Balsami Peruviani,  
           de Copaiba,  
 Styracis liquidæ,           ana           libram unam semis.  
 Olei Nucis Moschatæ,                           uncias octo.  
 Oleorum Lavandulæ,  
                           Thymi,   unciam semis.  
 Liquefiant Balneo-maris, ut fiat Balsamum.

## S P A R A D R A P

## AD CORPUS CONDITUM INVOLVENDUM.


**Rx**   Ceræ albæ,   libras octo.  
       Olei Nucis Moschatæ,                           libram semis.  
       Oleorum essentialium Citrei,  
                                   Lavandulæ,  
                                   Neroli,  
                                   Thymi,   ana   uncias quatuor.  
       Essentiæ Regiæ,   drachmas duas.  
 Liquefiat Cera Balneo-maris, cui refrigerenti adde primò  
 oleum Nucis Moschatæ, tum & cætera olea. Fiat ex arte  
 unguentum, cui tela vel pannus sericeus immergatur; & fiat  
 Sparadrap.

## SPIRITUS VINI CAMPHORATUS


## AD SINGULAS CORPORIS CONDIENDI LOTIONES.

**Rx**   Spiritûs vini rectificati,   libras duodecim.  
       Camphoræ,   libras duas.  
       Misce ad usum.





# OPERATIONES CHYMICÆ.



## DISTILLATIONUM MODI.

---

### AQUÆ DISTILLATÆ SIMPLICES.

#### AQUA RORIS MAIALIS.

**Rx.** Roris Maialis, quantum libuerit.  
Distilla Balneo-maris circiter ad duas tertias.  
*Simili modo distillantur*  
Aquæ Pluvialis,  
Fontana,  
Fluviatilis.

#### MODUS DISTILLANDI HERBAS SUCCOSAS.

**Rx.** Herbas illas recentes, antequam sint prægnantes se-  
mine, congruo tempore lectas, & expurgatas.  
Concidantur minutim, affusâ aquæ calentis,  
sufficienti quantitate.

Fiat fortis maceratio, cola ad usum,  
Tum

**Rx.** Similes herbas recentes pariter concisas; mittantur  
in vesicam stanno obductam, affundendo infusâ supra  
dicti partem æqualem aut duplam, habitâ ratione temporis,

æstatis, & foli : adaptetur capitellum refrigeratorio suo munitum. Fiat distillatio secundum artem ad medias. Aqua elicitæ soli exponatur per dies aliquot.

*Sic distillantur*

Acetosa,  
Chelidonium,  
Lactuca,  
Oxytriphylum,  
Parietaria,  
Portulaca,  
Solanum,  
Sempervivum, &c.

Nota. Sempervivum, nullâ additâ aquâ, sed contusum distillari debere.

### MODUS DISTISLLANDI HERBAS

MINUS SUCCOSAS ET HERBAS VISCOSAS.

Pari modo hæ distillantur ac succosæ ; sed modo duplâ, interdum triplâ aut quadruplâ liquoris quantitate indigent, habitâ ratione substantiæ ; insuper aliæ opus habent solâ infusione, aliæ diuturniori maceratione.

Per aliquot horas infunduntur

Argentina,  
Betonica,  
Bugula,  
Cichorium,  
Calendula,  
Centaurium minus,  
Fumaria,  
Herniaria,  
Sanicula,  
Veronica,

Per viginti-quatuor horas & amplius macerantur

Artemisia,  
Bardana,  
Borrago,  
Buglossum,  
Centinodia,  
Carduus Benedictus,  
Consolida major,  
Euphrasia,  
Plantago,  
Scabiosa,  
Verbena,  
Ulmaria.

[MODUS DISTILLANDI HERBAS

ACRI SUCCO PRÆGNANTES.

**Rx** Herbas illas virentes, minutim incide. Affunde pro libris singulis aquæ limpidæ libras circiter duas.  
Distilla secundùm artem ad medias.

*Sic distillantur*

Beccabunga,  
Berula,  
Cochlearia,  
Lepidium,  
Nasturtium,  
Perficaria urens,  
Trifolium fibrinum,  
Raphanus rusticanus qui cum radice Scobinâ derafâ distillatur.

MODUS DISTILLANDI PLANTAS ODORAS.

**Rx** Plantas illas recentes cum floribus : mundatis illis & manibus discerptis affunde aquæ limpidæ quatuor circiter libras pro quâque librâ Plantarum, distilla ex arte, & elice aquæ libram unam.

*Hoc modo distillentur*

Absinthium,  
Angelica,  
Chamæmelum,  
Chærophillum,  
Fœniculum,  
Hyssopus,  
Majorana,  
Melissa,  
Mentha,  
Ruta,  
Salvia,  
Scordium,  
Tanacetum,

Thymum.

Huc pertinent Myrtus,

Sabina,

Summitates Arantiorum,

Citreorum,

Lauri,

Lentisci, quorum folia &amp; summi-

tates per biduum macerari indigent: tum &amp; Angelica, si cum radicibus distillatur.

## MODUS DISTILLANDI BACCAS ET SEMINA.

**Rx.** Baccarum Juniperi recentium contusarum, libras quatuor.

Aquæ communis circiter, libras sexdecim.

Macerentur per viginti-quatuor horas in loco tepido. Distilla secundum artem circiter ad medias.

*Simili modo distillentur*

Baccæ Lauri, &c.

Semina Angelicæ,

Apii hortensis,

Coriandri,

Carui,

Cumini,

Fœniculi, &c.

## MODUS DISTILLANDI FLORES INODOROS.

**Rx.** Flores istos recentes; adde pro singulis libris florum aquæ limpidæ calentis libras circiter tres. Distilla secundum artem, & elice aquæ libram unam.

*Hoc modo distillentur*

Flores Cyani,

Fabarum,

Nymphææ,

Pœoniæ,

Papaveris Rhæados, &c.

MODUS DISTILLANDI FLORES  
ODOROS SUCCOSOS.

**Rx** Flores istos recentes mundatos. Adde aquæ limpidæ libras circiter tres pro singulis florum libris. Distilla secundum artem, & elice aquæ libram unam.

*Hoc modo distillantur*

Flores Arantiorum,  
Caryophyllorum hortensium,  
Keiri,  
Acaciæ,  
Lilii convallium,  
Liliorum alborum,  
Rosarum pallidarum,  
                    Rubrarum,  
                    Damascenarum,  
Sambuci,  
Tiliæ,  
Primulæ veris, &c.

Nota. Flores istos mundatos posse distillari per se Balneo-  
maris, & elici aquæ uncias sex, & vocabuntur Aquæ Essen-  
tiales florum.

MODUS DISTILLANDI FLORES  
ODOROS MINUS SUCCOSOS.

**Rx** Flores istos cum calycibus. Affunde aquæ limpidæ li-  
bras circiter quatuor pro singulis florum libris; ma-  
cerentur per viginti-quatuor horas. Fiat distillatio secundum  
artem, elice aquæ libram unam.

*Hoc modo distillentur*

Flores Calendulæ,  
Chamæmeli,  
Lavandulæ,  
Matricariæ,  
Meliloti,  
Rorismarini,  
Stœchados,

Tussilaginis,  
Calyces Rosarum, &c.

MODUS DISTILLANDI FRUCTUS.

**Rx** Fructus maturos, tunde leviter, adde aquæ limpidaë  
libram circiter unam pro singulis fructûs libris; distilla  
ex tempore secundùm artem, elice aquæ uncias octo.

*Sic distillentur*

Fructus Alkekengi,  
Cornorum,  
Mespilorum, &c.

Fraga & Frambesia distillentur manibus tantùm contrita.  
Cerasa nigra contrita cum Nucleis contusis.

Melones, Citrulli, Cucumeres, &c. pelle denudati & in  
taleolas secti.

AQUA NUCUM.

**Rx** Iulorum seu florum Nucis Juglandis, quantum volueris.  
Terantur & infundantur in aliorum Iulorum decocto  
ad supereminentiam. Distilla.

Aquam distillatam affunde supra Nuces immaturas & con-  
tusas. Macerentur per viginti-quatuor horas. Fiat altera dis-  
tillatio.

Affunde aquam hanc distillatam supra Nuces maturitati  
proximas contusas. Macerentur ut supra, & fiat tertia dis-  
tillatio.

AQUA CORTICUM CITREI.

**Rx** Corticum exteriorum Citrei scobinâ deraforum,  
libram unam.

Aquæ communis, libras sex.

Macerentur per biduum. Distilla secundùm artem. Elice  
aquæ libras quatuor.

*Simili modo distillentur*

Cortices Arantiorum,  
Bergamiorum.

Nota


Nota. Ejsmodi fructus unâ cum cortice per taleolas lecti per se distillari posse Balneo-maris, ut eliciatur aqua dicta totiûs fructûs.

AQUA CINNAMOMI HORDEATA.

**Rx** Cinnamomi acuti frustulatim effracti, libram semis.  
 Decocti hordei calentis, libras quatuor.  
 Fiat maceratio per biduum, in loco calido. Distilla ex arena secundùm artem in cucurbitâ vitreâ. Libras duas aquæ elcito.

AQUA CINNAMOMI SPIRITUOSA.

**Rx** Cinnamomi acuti frustulatim effracti, libram semis.  
 Aquæ communis, libras duas semis.  
 Spiritûs vini rectificati, libram semis.  
 Fiat maceratio per triduum in vase vitreo ritè obturato. Distilla Balneo-maris; elice aquæ libras duas.



MODUS DISTILLANDI LIGNA,  
 CORTICES ET RADICES SICCAS.

AQUA LIGNI SASSAFRAS.

**Rx** Ligni Sassafras scobinâ derasi, libram unam.  
 Aquæ communis circiter, libras sex.  
 Macerentur per aliquot dies in loco tepido. Per vesicam distilla circiter ad medias.

*Simili modo distillentur*

Aquæ lignorum Rhodii,  
 Aloës,  
 Santali citrini,

Aquilæ,  
 Cerasi amari, &c.  
 Corticum Saflafras,  
 Cascarillæ,  
 Costi albi, &c.  
 Radicum siccarum Enulæ,  
 Angelicæ,  
 Mei,  
 Calami aromatici,  
 Cyperi, &c.

## AQUA SPERNIOLÆ,

SIVE SPERMATIS RANARUM.

**Rx** Sperniolæ recentis idoneo tempore lectæ,  
 quantum volueris.  
 Distilla Balneo-maris ferè ad siccitatem, cavendo ab Em-  
 pyreumate.

*Simili modo distillantur*

Aquæ Milleflorum, seu  
 Stercoris vaccini,  
 Seri lactis,  
 è Typhis cervinis,  
 è Secundis puerperarum,  
 è Viperis, &c.

## AQUA MELLIS.

**Rx** Mellis exquisiti, quantum volueris.  
 Inde in cucurbitam vitream, cujus quintam aut sextam  
 capacitatis partem occupet. Elicito phlegma Balneo-maris.  
 Tum materiæ superstiti misce arenæ lotæ & exsiccatæ quantum  
 capere poterit. Distilla ex arenâ. Prodibit aqua flava seu spi-  
 ritus phlegmati permiscendus.

Nota. Aquam flavam seu spiritum pro tinctura Corallorum  
 distillatione rectificari debere.



AQUÆ DISTILLATÆ COMPOSITÆ.

AQUA MELLIS ODORA REGIA.

**Rx** Aquæ vitæ, libras quatuor & semis.  
 Mellis albissimi,  
 Coriandri, ana uncias octo.  
 Caryophyllorum, drachmas sex.  
 Nucis Moschatæ,  
 Styracis Calamitæ,  
 Benzoini, ana drachmas quatuor.  
 Vaniliarum, drachmas tres.  
 Flavedinis citrei recentis, unciam unam.

Pulveranda crassiusculè pulverentur, & omnia simul mace-  
 rentur per biduum. Tum instituatur distillatio Balneo-maris  
 ferè ad siccitatem. Inter distillandum Ambari & Moschi ana  
 grana duo cum semisse nodulo inclusa extremo capitelli rostro  
 ita appendantur, ut stillans aqua odore aromatum imprægnetur.

Distillato liquori admisce

Aquarum Rosarum,

Naphæ, ana uncias duodecim.

Et serva ad usum in vase ritè clauso.

AQUA MELISSÆ COMPOSITA.

**Rx** Foliorum Melissæ recentis, uncias quatuor.  
 Flavedinum citrei recentium, uncias duas.  
 Nucis Moschatæ,  
 Coriandri, ana unciam unam.  
 Caryophyllorum,  
 Cinnamomi,  
 Radicis Angelicæ Bohemicæ, ana unciam semis.  
 Contusis contundendis omnia macerentur per triduum in  
 Spiritûs vini rectificati, libris duabus.

Aquæ Melissæ Balneo-maris distillatæ, libra una.  
 Distilla Balneo-maris secundùm artem ferè ad siccitatem.

## AQUA MENTHÆ COMPOSITA.

**Rx.** Foliorum Menthæ recentium mundatorum, libras duas.  
 Absinthii minoris, uncias tres.  
 Ocymi,  
 Pulegii, ana uncias duas.  
 Florum Rorismarini siccatorum,  
 Stœchados, ana drachmas duas.  
 Cinnamomi, unciam semis.  
 Coriandri, drachmas sex.  
 Caryophyllorum, drachmam unam.  
 Spiritûs vini rectificati, libram unam.  
 Aquæ infusionis Menthæ, libras quinque.

Pulveranda pulverata macerentur per duodecim horas. Tum distilla Balneo-maris ferè ad siccitatem.

AQUA ODORATA,  
MILLEFLORUM DICTA.

**Rx.** Aquarum essentialium,  
 Florum Arantiorum, uncias octo.  
 Rosarum pallidarum,  
 Moschatarum, ana uncias quatuor.  
 Meliloti, uncias sex.  
 Caryophyllorum hortensium,  
 Thymi,  
 Santali citrini, ana uncias tres.  
 Mellis regiæ, uncias octo.  
 Spiritûs ardentis Rosarum,  
 Corticis citrei, ana unciam unam.  
 Essentiæ regiæ,  
 Tincturæ Ambari,  
 Moschi, ana guttas tres.  
 Fiat mixtura.

## AQUA REGINÆ HUNGARIÆ.

**Rx.** Florum Rorismarini recentium cum calycibus ,  
 quantum volueris.  
 Mitte in cucurbitam vitream. Affunde spiritûs vini recti-  
 ficati quantitatem sufficientem , ut imbuantur. Occlusis com-  
 missuris fiat maceratio per quindecim dies. Distilla secundum  
 artem Balneo-maris.

## AQUA AD GINGIVAS.

**Rx.** Cinnamomi acuti , unciam unam.  
 Caryophyllorum , drachmas quatuor.  
 Cortices duorum limonum majorum recentium ,  
 Aquæ Nasturtii aquatici , libram unam.  
 Rosarum , libram semissem.  
 Spiritûs vini rectificati , libras tres.  
 Contulis contundendis , omnia digerantur per viginti-qua-  
 tuor horas in cucurbitâ vitreâ. Distilla Balneo-maris ad sicci-  
 tatem.

## AQUA IMPERIALIS.

**Rx.** Radicum Imperatoriæ ,  
 Cyperi ,  
 Ireos Florentinæ ,  
 Angelicæ Bohemicæ ,  
 Acori veri ,  
 Galangæ minoris ,  
 Zedoariæ , ana unciam semissem.  
 Cinnamomi acuti , uncias duas.  
 Santali citrini ,  
 Summitatum siccatarum Hyssopi ,  
 Majoranæ ,  
 Thymi ,  
 Satureiæ , ana unciam unam.  
 Florum Lavandulæ ,  
 Salviæ ,

Anthos,  
 Calendulæ,  
 Betonicæ,  
 Stœchados, ana drachmas duas.

Caryophyllorum,  
 Nucis Moschatæ,  
 Flavedinum citrei,  
 Arantium recentium, ana uncias duas.

Contundenda contundantur, omniaque macerentur simul  
 per triduum in

Aquæ vitæ,  
 Melissæ simplicis, ana libris quatuor.  
 Florum Arantium, libra dimidia.

Fiat distillatio Balneo-maris ferè ad siccitatem.

AQUA ANTINEPHRITICA,  
 VULGO *de Bellegarde.*

**Rx** Turpethi,  
 Ligni Aloës,  
 Santali citrini, ana uncias duas.  
 Galangæ,  
 Cubeborum,  
 Mastiches,  
 Olibani,  
 Cinnamomi,  
 Caryophyllorum,  
 Nucis Moschatæ, ana unciam unam.  
 Terebinthinæ, uncias duas.  
 Mellis optimi, libras duas.  
 Aquæ vitæ, libras quatuor.

Contusis contundendis, fiat maceratio per biduum. Mox  
 distillentur omnia Balneo-maris.

AQUA THERIACALIS.

**Rx** Radicum Helenii,  
 Angelicæ Bohemicæ,

Cyperī,  
 Zedoariæ,  
 Caryophyllatæ,  
 Contrayervæ,  
 Imperatoriæ,  
 Valerianæ sylvestris,  
 Viperinæ, ana unciam unam.

Flavedinum Citrei,  
 Arantiorum recentium.

Cinnamomi,  
 Galangæ,  
 Baccarum Juniperi,  
 Lauri,  
 Summitatum Salviæ,  
 Anthos,  
 Ruthæ, ana semiunciam.

Aquæ vitæ,  
 Nucum, ana libras duas.

Fiat maceratio per triduum. Tandem dissolve Theriacæ  
 eximiæ uncias octo. Distilla secundum artem Balneo cinerum.

Si Camphoræ drachmæ duæ addantur unciis decem aquæ  
 Theriacalis supra dictæ, tunc Spiritus Theriacalis camphora-  
 tus nuncupatur.

## AQUA VULNERARIA.

**Rx.** Radicum Symphyti majoris,  
 Foliorum Symphyti majoris,  
 minoris,  
 Bellidis majoris,  
 minoris,  
 Bugulæ,  
 Saniculæ,  
 Betonicæ,  
 Scrophulariæ majoris,  
 Plantaginis,  
 Agrimonæ,  
 Hyperici cum summitatibus.

Vincæ Pervincæ,  
 Hederæ terrestris,  
 Artemisiæ,  
 Veronicæ,  
 Verbenæ,  
 Telephii majoris,  
 Millefolii, ana uncias quatuor.  
 Foliorum & summitatum Salviæ minoris,  
 Angelicæ,  
 Tanaceti,  
 Absinthii vulgaris majoris,  
 minoris,  
 Chelidonii,  
 Fœniculi,  
 Aristolochiæ clematidis,  
 Menthæ,  
 Hyssopi,  
 Nicotianæ, ana uncias octo.  
 Rutæ,  
 Chamameli,  
 Scordii,  
 Majoranæ,  
 Rorismarini, ana  
 uncias quatuor.

Concisa omnia misceantur. Tum adde

Summitatum Lavandulæ floridarum & exsiccatarum,  
 Origani,  
 Calaminthæ, ana uncias sex.

Fiat maceratio per quatrimum in loco calente cum vini  
 albi libris quinquaginta. Distilla ad medias Balneo-maris.

#### AQUA VULNERARIA SPIRITUOSA.

**R** Earumdem herbarum ac supra in aquâ vulnerariâ idem  
 pondus. Similiter concidantur. Harum fiat maceratio  
 per octiduum in

Aquæ vitæ, libris quinquaginta.

Distilla secundum artem.

*Eadem parari potest absque distillatione.*

AQUA

## AQUA GENERALIS.

**Rx.** Seminum Coriandri,  
 Carvi,  
 Seseleos,  
 Cumini,  
 Anisi,  
 Fœniculi,  
 Anethi, ana unciam unam semis.  
 Radicum Pœoniæ maris,  
 Valerianæ sylvestris,  
 Galangæ minoris,  
 Zedoariæ,  
 Mei,  
 Spicæ-Nardi,  
 Angelicæ Bohemicæ,  
 Anthoræ,  
 Carlinæ,  
 Contrayeryæ,  
 Viperinæ,  
 Gentianæ,  
 Imperatoriæ,  
 Vincetoxici,  
 Helenii,  
 Ireos Florentinæ,  
 Ari,  
 Acori veri,  
 Zingiberis,  
 Rubiæ tinctorum,  
 Curcumæ,  
 Filicis majoris,  
 Cyclaminis,  
 Bryoniæ,  
 Aristolochiarum trium,  
 Fraxinellæ,  
 Pentaphylli,

Caryophyllatæ,  
 Raphani rusticani,  
 Trifolii fibrini,  
 Fœniculi,  
 Calcitrapæ,  
 Pimpinellæ saxifragæ,  
 Chelidonii utriûsque,  
 Scrophulariæ,  
 Cynoglossi,  
 Asari, ana unciam unam.  
 Foliorum Betonicæ,  
 Chamædryos,  
 Chamæpityos,  
 Majoranæ,  
 Melissæ,  
 Ocimi,  
 Origani,  
 Pulegii,  
 Polii montani,  
 Rorismarini,  
 Serpilli,  
 Thymi,  
 Hyssopi,  
 Saliæ minoris,  
 Satureiæ,  
 Mari,  
 Scordii,  
 Marrubii albi,  
 Veronicæ,  
 Menthæ hortensis,  
 Fumaræ,  
 Absinthii Pontici,  
 minoris,  
 Bellidis majoris,  
 minoris,  
 Tanaceti,  
 Matricariæ,  
 Nepetæ,

Dictamni Cretici ,  
 Abrotani ,  
 Centaurii minoris ,  
 Chærophylli ,  
 Virgæ aureæ ,  
 Hyperici ,  
 Cochleariæ ,  
 Beccabungæ ,  
 Nasturtii ,  
 Trifolii fibrini ,  
 Sifymbrii ,           ana           unciam unam.  
 Florum Rorismarini ,  
           Betonicæ ,  
           Lavandulæ ,  
           Lilii convallium ,  
           Primulæ veris ,  
           Stœchados ,  
           Rosarum rubrarum ,  
           Tiliæ ,  
           Tunicæ ,  
           Sambuci ,  
           Arantiorum ,  
           Calendulæ ,  
           Genistæ ,  
           Keiri ,  
           Chamæmeli Romani ,  
           Crocii ,           ana           drachmas tres.  
 Baccarum Lauri ,  
           Juniperi ,  
 Piperis longi ,  
           rotundi ,           ana           unciam unam semis,  
 Cubëbarum ,  
 Macis ,  
 Nucis Moschataæ ,  
 Caryophyllorum ,  
 Cardamomi ,  
 Corticum Citrei ,  
           Arantiorum ,           ana           uncias tres.  
   A a ij

Lignorum Aloës,  
 Cedrini,  
 Sassafras,  
 Santali citrini,  
 Rhodii,  
 Visci Querni, ana uncias duas.  
 Cascarillæ, uncias quatuor.  
 Gummi Carannæ,  
 Myrrhæ,  
 Tacamahacæ,  
 Benzoini,  
 Styracis Calamitæ,  
 Aloës,  
 Karabe, ana unciam semissem.  
 Castorei, drachmas duas.  
 Opii Thebaici, unciam unam.

Radices & Folia debito tempore lecta exsiccentur, exceptis foliis antiscorbuticis, quæ recentia sumenda sunt; flores verò recentes collecti in aquâ vitæ ferventur ad tempus distillationis. Tum incisis incidendis, contusisque contundendis, affunde pro unâ quâque librâ

Aquæ vitæ, libras quatuor.

Fiat maceratio per quindecim dies, tum & distillatio secundum artem.

### AQUA ANTISCORBUTICA.

**R.** Radicis Raphani rustici in taleolas sectæ, libram unam.  
 Herbarum Cochleariæ,  
 Nasturtii hortensis,  
 Aquatici,  
 Sii sive Berulæ,  
 Beccabungæ,  
 Trifolii fibrini, ana uncias quatuor.  
 Seminum Eruçæ,  
 Sinapeos, ana uncias tres.  
 Mala Citreæ numero, tres.

Contusis seminibus, foliis & fructibus incisis affunde

Vini albi, libras quatuor.

Macerentur per viginti-quatuor horas. Distilla secundum artem ferè ad siccitatem.

AQUA HIRUNDINUM MAGISTRALIS.

**Rx** Pullos Hirundinum vivos discerptos numero, quindecim.

Visci Querni, unciam unam semis.

Cranii humani,

Radicum Pœoniæ maris,

Valerianæ sylvestris minoris,

Seminis Pœoniæ excorticati, ana uncias duas.

Aquarum stillatitiarum Florum Sambuci,

Tiliæ,

Lilii convallium,

Ceraforum nigrorum,

ana uncias duodecim.

Spiritûs vini rectificati, uncias sexdecim.

Macerentur omnia simul per viginti-quatuor horas. Fiat distillatio Balneo vaporis ad siccitatem. Tum massa superstes per retortam distilletur, spiritusque urinosus qui per retortam distillatus fuerit, igne leni rectificetur, oleo in fundo relicto: spiritus iste rectificatus cum priori liquore misceatur, digeratur & servetur ad usum.

AQUA HYSTERICA.

**Rx** Radicum Bryoniæ siccæ,  
Levistici,  
Fraxinellæ, ana unciam unam.  
Zedoariæ, unciam semissem.

Cassia Lignæ,

Flavedinis siccæ Arantiorum amarorum,

Citreorum, ana drachmas sex.

Foliorum Artemisiæ,

Pulegii,

Aa iij

Nepetæ, ana uncias duas & semis.  
 Sabinæ,  
 Rutæ,  
 Ocimi, ana unciam unam.  
 Florum Matricariæ,  
 Pulsatillæ, ana drachmas sex.  
 Croci, drachmam semissem.  
 Baccarum Sambuci maturarum siccatarum,  
 uncias tres.  
 Cardamomi minoris, drachmas tres.  
 Seminis Dauci Cretici,  
 Cumini,  
 Rutæ sylvestris,  
 Viticis, ana drachmas duas.  
 Castorei, semiunciam.  
 Opii Thebaici, drachmas duas.  
 Caphuræ, drachmam unam.  
 Myrrhæ, unciam semissem.  
 Galbani,  
 Sagapeni, ana drachmas tres.  
 Assæ fœtidæ, drachmam unam semis.  
 Incisis incidendis, contusis contundendis affunde  
 Vini albi generosi, libras quindecim.  
 Digere in hypocausto per quindecim dies, identidem vas  
 agitando. Distilla secundum artem Balneo-maris, & duas ter-  
 tias elice.

## AQUA EPILEPTICA.

**Rx.** Radicum recentium Valerianæ sylvestris minoris,  
 Pœoniæ maris, ana uncias duas.  
 Caryophyllatæ, unciam unam.  
 Angelicæ,  
 Fraxinellæ, ana unciam semissem.  
 Foliorum Dictamni Cretici, unciam unam semis.  
 Florum Liliorum convallium,  
 Tiliæ, ana uncias tres.  
 Anthos,

Lavandulæ, ana unciam unam.  
 Stœchados Arabicæ, unciam dimidiam.

Caryophyllorum,  
 Macis, ana drachmas duas.  
 Castorei, drachmam unam semis.

Incisis incidendis, contusis contundendis, mitte omnia in  
 vas idoneum. Affunde

Vini albi generosi, libras octo.

Macerentur per sex dies, identidem vas agitando; adde

Aquæ stillatitiæ Ceraforum nigrorum, libras duas.

Distilla Balneo-maris ex cucurbitis vitreis, & eliciantur  
 libræ octo.

## AQUA PROPHYLACTICA.

**Rx** Radicum Petasitidis,  
 Carlinæ,  
 Cyperi, ana uncias duas.  
 Zedoariæ, unciam unam.  
 Angelicæ, unciam semissem.  
 Foliorum Melissæ,  
 Scordii,  
 Polii,  
 Dictamni Cretici, ana uncias tres.  
 Rutæ, uncias duas.  
 Florum Genistæ,  
 Calendulæ,  
 Tunicæ,  
 Stœchados, ana unciam unam.  
 Anthos, unciam semissem.  
 Croci, drachmam unam.  
 Cardamomi minoris,  
 Baccarum Juniperi,  
 Anisi stellati ana drachmas duas.  
 Macis,  
 Caryophyllorum, ana drachmam unam.  
 Caphuræ, semidrachmam.  
 Nucum Juglandium immaturarum, libram unam.

Citreorum recentium, libram semissem.  
 Contufis contundendis, incifis incidendis affunde  
 Acetorum Sambuci,  
 Dracunculi, ana libras sex.  
 Macera per octo dies in loco calido, identidem vas agitan-  
 do. Diffilla, ut artis eft, igne cinerum ferè ad ficcitatem.

## AQUA LACTIS ALEXITERIA.

**Rx.** Foliorum recentium Cardui Benedicti,  
 Scabiofæ,  
 Ulmaria, ana uncias duas.  
 Meliffæ, unciam unam.  
 Menthæ, unciam femissem.  
 Angelicæ,

Disceptis affunde  
 Seri Lactis recentis, libras sex.  
 Diffilla fecundùm artem ex veficâ Balneo-maris. Elice li-  
 bras quatuor.

## AQUA LIMACUM.

**Rx.** Limacum in vinetis collectorum, à fordibus munda-  
 torum, libras tres.  
 Leviter contunde cum testis. Mitte in cucurbitam vitream.  
 Affunde  
 Seri Lactis recentis, libras quatuor.  
 Diffilla fecundùm artem Balneo-maris ad medias.





## APPENDIX AD AQUAS.

AQUA DIVINA,  
SEU MIRABILIS,

℞ Aquæ Florum Arantiorum, unciâs duas.  
 Spiritûs vini rectificati, unciâs octo.  
 Aquarum Flavedinis citrei,  
 Melissæ simplicis,  
 Buglossi,  
 Borriginis,  
 Scorzoneræ,  
 Cardui Benedicti, ana unciâs quatuor.  
 Sacchari albi, unciâs sex.

Misceantur omnia. Digerantur in loco frigido per octiduum. Dein trajiciantur per manicam.

CLARETUM E SEX SEMINIBUS CARMINATIVIS,  
VULGO *Rosolis des six graines.*

℞ Seminum Anisi,  
 Fœniculi,  
 Anethi,  
 Coriandri,  
 Carvi,  
 Dauci, ana unciâs unam.

Contundantur & macerentur in vase vitreo ritè obturato, sub radiis solaribus per tres septimanas, cum aquæ vitæ quantitate sufficiente, ad supereminentiam quatuor circiter digitorum. Fiat colatura per chartam bibulam. Colaturæ adde syrupum paratum ex sacchari albi librâ unâ & aquæ Chamæmeli aut Graminis quantitate sufficiente.

Misceantur & serventur ad usum.

AQUA AD GINGIVAS,  
PER INFUSIONEM.

**Rx** Cinnamomi contusi, drachmam unam semis.  
Caryophyllorum, drachmam semis.  
Aluminis Rupei pulverati, drachmas quatuor.  
Aquæ bullientis, libram unam semis.

Digerantur in matratio, dum omninò frigidus sit liquor.  
Tum adde

Aquæ Plantaginis, uncias sex.  
Florum Arantiorum, drachmas quatuor.  
Spiritus Corticum Citrei, drachmas duas.  
Vini rectificati, uncias sex.

Iterum digerantur per viginti-quatuor horas. Filtra & serva.

AQUA CALCIS.

**Rx** Calcis vivæ, libram unam.  
Sensim affunde  
Aquæ communis, libras octo.  
Post ebullitionem completam & debitam residentiam, cola  
ad usum.

AQUA PHAGEDÆNICA.


**Rx** Recentis aquæ calcis, libram unam.  
Misce  
Mercurii sublimati corrosivi, grana viginti.  
Subinde agita in mortario vitreo vel marmoreo.

AQUA STYPTICA.

**Rx** Vitrioli albi,  
Aluminis,  
Sacchari albi, ana unciam semissem.  
Aquarum Plantaginis,  
Centinodiæ, ana uncias sex.  
Solve. Digere. Cola ad usum.

AQUA ALUMINOSA.

**Rx** Aquarum stillatitiarum Rosarum ,  
 Plantaginis,  
 Centinodii, ana libram unam.  
 Aluminis purgati, drachmas tres.  
 Fiat dissolutio servanda ad usum.




PHLEGMATA.

PHLEGMA VITRIOLI.

Vide *SPIRITUS ET OLEUM VITRIOLI.*

PHLEGMA ALUMINIS.

Vide *SPIRITUS ET PHLEGMA ALUMINIS.*



SPIRITUS VOLATILES.

SPIRITUS VINI,  
 VULGO AQUA VITÆ.

**Rx** Vini generosi (albi imprimis) quantum volueris.  
 Mitte in cucurbitam satis amplam, cujus mediam  
 partem vinum occupet. Adapta capitellum refrigeratorio suo  
 instructum, obseratis commissuris, igne mediocri distilla do-  
 nec prodiens liquor flammam non concipiat.

## AQUA VITÆ CAMPHORATA.

**Rx.** Aquæ vitæ, libram unam.  
 Dissolve  
 Camphoræ, unciam semissem.  
 Vase obturato serva.

## SPIRITUS VINI RECTIFICATUS.

**Rx.** Aquæ vitæ, quantum volueris.  
 Distilla igne blando ex organo cochleæ modo flexuoso,  
 vulgo (*Serpentin*) & habebis spiritum vini rectificatum.

## SPIRITUS VINI TARTARISATUS.

**Rx.** Spiritûs vini rectificati, libras quatuor.  
 Salis Tartari, libram unam.  
 Digerantur ex arenâ per horas duodecim, liquorem spiri-  
 tuosum effunde per inclinationem, & serva.

## SPIRITUS VINI CAMPHORATUS.

**Rx.** Spiritûs vini rectificati, libras duas.  
 Dissolve,  
 Camphoræ, unciam unam.  
 Vase ritè obturato serva.

## SPIRITUS ARDENS CERASORUM NIGRORUM.

**Rx.** Cerasorum nigrorum maturorum cum nucleis, libras viginti.  
 Contunde. Mitte in vas terreum. Affunde  
 Mellis optimi, libras duas.  
 Aquæ calentis, libras decem.  
 Vase obturato macerentur in hypocausto, vel in loco tepido, donec vinosum spirent odorem; tunc ex arte distilla ex Balneo-maris. Spiritus inde prolicitus, repetitâ distillatione ex Balneo-maris, rectificetur.

*Non ab simili modo elici possunt*

Spiritus ardentis Rosarum,  
 Juniperi,  
 Cochleariæ,  
 Absinthii,  
 Rorismarini, & similia.

## SPIRITUS CARMINATIVUS SYLVII.

**Rx** Radicum Angelicæ, drachmam unam.  
 Imperatoriæ,  
 Galangæ, ana drachmam unam semis.  
 Foliorum Rorismarini,  
 Majoranæ,  
 Rutæ,  
 Ocimi,  
 Summitatum Centaurii minoris, ana  
 unciam unam semis.  
 Baccarum Lauri, drachmas tres.  
 Seminum Angelicæ,  
 Levistici,  
 Anisi, ana semiunciam.  
 Zingiberis,  
 Nucis Moschatæ,  
 Macis, ana drachmam unam semis.  
 Cinnamomi, drachmas tres.  
 Caryophyllorum,  
 Corticum Arantiorum, ana drachmam unam.  
 Concisis & crasse contusis affunde  
 Spiritus vini rectificati, uncias viginti.  
 Digerantur per biduum Balneo-maris, & distillentur ad sic-  
 citatem.

## SPIRITUS SEU OLEUM TEREBINTHINÆ.

**Rx** Terebinthinæ, quantum volueris.  
 Aquæ limpidæ, triplum.  
 Inde cucurbitæ vitreæ capitello instructæ, adaptato recepta-

culo. Distilla ex arenâ usque ad duas tertias. Oleum in' receptaculo aquæ supernatans pellucidum, tenuè, à nonnullis spiritus Terebinthinæ ob ejus tenuitatem & pelluciditatem dicitur. Colligatur & seruetur ad usum, est oleum tenuius.

*Simili modo distillantur*

Balsama omnia liquida.

## OLEUM TEREBINTHINÆ CRASSIUS, ET COLOPHONIA.

**R** Terebinthinæ claræ, quantum volueris.  
Distilla per retortam ex arenâ igne blando, vel ex Balneo-maris. Prodibit 1° oleum tenuè pellucidum, priori simile, deindè oleum flavum paulò spissius: ac tandem in fundo cucurbitæ remanet massa, quæ dum calens est lentescit, refrigerata indurescit, semipellucida est & fragilis instar Resinæ. Colophonia dicitur. Si de Colophoniâ nulla sit cura, institui potest distillatio Terebinthinæ cum intermediâ arenâ lotâ permixtæ: & tunc sub finem ignis urgetur ex arenâ. Major olei copia sic elicitur: & sub finem obtinetur oleum crassum rufescens, vel subnigrum empyreumaticum, nullius usûs.

*Simili modo distillari possunt*

Resinæ solidæ nempè  
Balsamum Tolutanum,  
Benzoinum,  
Styrax Calamita,  
Tacamahaca,  
Caranna,  
Elemi,  
Labdanum, &c.

## SPIRITUS, OLEUM ET SAL VOLATILE CORNU CERVI.

**R** Cornu Cervi frustulatim secti, quantum volueris.  
Imple retortam. Distilla igne aperto secundùm artem. Primò prodibit phlegmatis paxillum, mox oleum, denique sal volatile cujus pars cum phlegmate confunditur, pars vasis

lateribus adhærescit. Vasa refrigerata agitato ut oleum, sal volatile & phlegma commisceantur. Hæc indè matratio, leni calore sublime fiat sal volatile, affuso spiritu vini rectificandum. Superstes liquor filtretur ut oleum ipsillum separetur à spiritu.

*Simili ratione distillantur*

Cranium humanum,  
Ossa,  
Viperæ,  
Ebur,  
Sericum crudum,  
Capilli,  
Millepedes,  
Spongiæ,  
Bufones,  
Secundæ,  
Carnes animalium.

GUTTÆ ANGLICANÆ CEPHALICÆ.

**Rx** Spiritûs volatilis Serici crudi cum suo sale, separato  
oleo, unciâs quatuor.  
Olei stillatitii Lavandulæ, drachmam unam.  
Spiritûs vini rectificati, unciam semissem.

Digere per horas viginti-quatuor. Distilla ex arte donec oleum prodeat.

SPIRITUS SALIS AMMONIACI.

**Rx** Salis Ammoniaci, unciâs octo.  
Calcis vivæ, libram unam semis.

Seorsim pulverata & mixta indè in retortam capacem loriatam. Affunde

Aquæ, unciâs sex.

Ori retortæ manum admove, & agita; statimque adapta receptaculum amplissimum, commissuris non obseratis, sed arcuè conniventibus, eductis per horæ quadrantem, & absque igne primis spiritibus, commissuras obsera. Tum adhibeatur ignis arenæ lenissimus, augendus ad secundum gradum; cum

nihil amplius prodibit, refrigeratis omnibus, exemptum illicò spiritum serva in vase ritè obturato.

■ Si loco Calcis vivæ sufficiatur sal Tartari anaticâ quantitate cum sale ammoniaco, pariter elicitur spiritus.

### SPIRITUS VOLATILIS AROMATICUS OLEOSUS.

**Rx.** Corticum exteriorum exsicicatorum Arantiorum,  
Citreorum, ana drachmas sex.  
Vanillæ Mexicanæ, unciam semissem.  
Macis, drachmas duas.  
Salis Tartari,

Ammoniaci, ana uncias quatuor.

Tunde omnia & simul inde in matratium. Affunde

Aquæ Cinnamomi hordeatæ,

Spiritûs vini rectificati, ana uncias quatuor.

Digere per aliquot dies, vase benè obturato, identidem agitando. Posthac mitte omnia in cucurbitam vitream, capitello & receptaculo instructam. Commissuras diligenter oblera. Distilla Balneo-maris. Prodiens liquor in vase idoneo servabitur.

### SPIRITUS, OLEUM ET SAL VOLATILE URINÆ.

**Rx.** Urinæ recentis juvenis sani, quantum volueris.  
Vaporet ad mellis consistentiam calore leni; tum inde in retortam vel cucurbitam, commissuris ritè obseratis, distilla igne lenissimo: prodibit primùm phlegma tenue cum olei pauxillo, aucto igne sal volatile sublime fiet, & lateribus vasis adhærebit, quod rectificabis, oleumque à spiritu separabis, ut dictum est, ubi de Spiritu Cornu Cervi, pag. 198.

*Non absimili ratione distillatur*

Sanguis humanus calore leni priùs siccatus.

Nota. Urinæ gelu factam concretionem loco evaporationis esse posse. Tumque abjectâ glacie, liquorem oleaginosum superstitem distillandum ut supra.


## ESSENTIA ANTIHYSTERICA.

**Rx** Castorei ,  
 Assæ fœtidæ , ana unciam semis.  
 Oleorum essentialium Sabinæ ,  
 Rutæ , ana drachmam semis.  
 Olei succini , drachmam unam.  
 Camphoræ , scrupulum unum.  
 Spiritûs vini rectificati , uncias decem.

Digere Balneo-maris per tres quatuorve dies. Distilla eodem Balneo. Materiæ superstiti affunde spiritum elicatum , addendo

Spiritûs Cornu Cervi suo sale volatili fœti ,  
 uncias duas.

Iterùm distilla ferè ad siccitatem. Liquorem distillatum serva ad usum.



## SPIRITUS ACIDI.

## SPIRITUS ACETI.

**Rx** Aceti acerrimi , libras octo.  
 Mitte in cucurbitam vitream capitello & receptaculo instructam. Distilla ex arenâ partem tertiam ( quæ phlegma est ) seorsim servandam. Ulteriùs distilla , & prodibit spiritus. Ab operatione cessabis , ubi stillans liquor empyreumaticum odorem spiraverit.

## SPIRITUS MELLIS.

Vide *AQUA MELLIS*.

## SPIRITUS ET OLEUM TARTARI.

**Rx.** Tartari contriti, quantum volueris.  
 Inde retortæ capaci amplo instructæ receptaculo. Igne leni distilletur phlegma, donec nubeculæ albæ prodeant. Phlegmate abjecto, restituto receptaculo, commissuris luto oblectatis, urgeatur ignis ad summum gradum, ut oleum exeat. Cessante omni distillatione vasa refrigescant. Oleum à spiritu chartæ vel panni operâ depone. Spiritum igne arenæ rectificâ in cucurbitâ vitreâ.

Materia à distillatione superstes loco venire potest Tartari calcinati ad confectionem salis Tartari.

## SPIRITUS ET OLEUM VITRIOLI.

**Rx.** Vitrioli viridis ad albedinem calcinati, quantum volueris.  
 Inde retortæ loricatæ unâ tertiâ capaciore. Colloca in furno. Aptetur receptaculum amplissimum. Tum distilla igne primùm leni, & prodibit phlegma; quo elicito, commissuræ obserentur. Dein continuetur distillari acriori igne, tandem acerrimo. Post duos aut tres dies finietur operatio. Liquor elicitus rectificetur igne arenæ. Qui prodibit liquor, spiritus est; superstes in cucurbitâ, oleum.

AQUA RABELLIANA,  
 VULGO de Rabel.

**Rx.** Marcastitas Passiacas, vel alias ferreo-vitriolicas, quantum volueris.  
 Inde in ollam ferream. Affunde aquam ferventem ad supereminentiam quatuor digitorum. Bulliant per semihoram agitando. Tum marcastitas cochleari cribrato exime; decoctum decanta, & serva. Exemptas marcastitas mitte in fictilia, & in aprico diu noctuque expone, & cum dehiscere incipiunt, eas asperge identidem decocto superiùs asservato: cum verò in pulverem abierint, fiat lixivium per pannum aut chartam transcolandum. Ex hujus evaporatione exurget sal vitriolicum per retortam dis-

tillandum instar olei vitrioli. Elicitum oleum cohoba super sal ex colcothare seu capite mortuo distillationis extractum, & iterum spiritus vini rectificati duplo edulca circulando in vase idoneo.

## SPIRITUS ET OLEUM SULPHURIS.

Esto vas fictile vitratum, amplum & capax, ex cujus medio assurgat fulcrum. Tum

**Rx** Sulphuris communis virescentis, quantum volueris. Divide in frusta oblonga, & mitte in vas expansum. Vas pone super fulcrum. Accende sulphur. Desuper suspendatur campana vitrea, vel vitreum infundibulum inversum, ita ut liber aëri pateat aditus. Ascendet spiritus, & stillabit in vas subjectum. Absumpto sulphure, novum in frusta divisum sufficiatur. Procede ut supra, donec spiritus optatam quantitatem obtinueris.

Nota. Felicius udo cælo opus succedet.

SPIRITUS ET PHLEGMA ALUMINIS,  
ET ALUMEN USTUM.

**Rx** Aluminis Romani, libras quatuor. Mitte in cucurbitam fictilem capitello & receptaculo, obseratis commissuris, instructam. Distilla igne arenæ. Prodebit phlegma ad usus servandum. Extractam è cucurbitâ massam superstitem, pulveratam inde retortæ fictili capaci, receptaculo amplissimo aptato, & commissuris obseratis, distilla igne primùm leni, per gradus augendo ad vehementissimum, in furno reverberii, per tres dies continuandum. Vasis refrigeratis exemptum spiritum rectifica, & serva.

Materia in fundo retortæ superstes, alumen ustum erit; quod etiam ex alumine crudo igne nudo calcinato obtinebis.

## SPIRITUS NITRI.

**Rx** Nitri purissimi, triti, libras duas.  
Argillæ exsiccatæ & pulveratæ, libras sex.  
Mixta inde in retortam terream capacem, luto obductam.

Ignē leni primū phlegma elice, quod abjicito. Receptaculum capacius adapta, & ritē oblera. Urgeatur ignis ad tertium gradum: post aliquot horas ad quartum. Elapsis horis quatuordecim, receptaculum tepescet, & nihil ampliū prodibit.

Spiritus Nitri valentissimus alio modo obtineri potest.

**R** Nitri purissimi, partes quinque.  
Pulveratis, & retortæ vitreæ immixtis superfundantur  
Olei vitrioli, partes quatuor.

Excipulum statim adaptatum benè muniatur. Deindè ex arenâ, igne gradatim aucto, distillatio instituatur, donec nullæ ampliū guttæ stillent. Spiritus excipulo contentus est spiritus Nitri valentissimus, quo cum olea essentialia Cinnamomi, Caryophyllorum, permixta vehementer ebulliunt & flammam concipiunt. In vase benè clauso asservandus est.

Sal in retortâ residuum, aquâ solutum, & ritē crystallisatum, à Tartaro vitriolato parū discrepans videtur.

### SPIRITUS NITRI DULCIS.

**R** Spiritus Nitri, uncias sex.  
Spiritus vini rectificati, uncias duodecim.

Funde paulatim in retortam vitream capacem, receptaculo amplissimo ritē oblerato instructam. Digere per viginti-quatuor horas, dein distilla ex arenâ ad siccitatem, igne primi gradus, & obtinebis spiritum summè volatilem, odoratissimum.

### SPIRITUS SALIS COMMUNIS.

**R** Salis communis exsiccati & pulverati, libras duas.  
Argillæ exsiccatæ & pulveratæ, libras octo.

Simul mixta indè retortæ capaci. Distilla ut de spiritu Nitri habetur.

Hâc ratione parva spiritus salis quantitas obtinetur.

At longè uberior & longè valentior spiritus salis extrahitur hoc modo.

**R** Salis communis, uncias sexdecim.  
Olei vitrioli, uncias octo.

Fiat deindè per retortam vitream ex arenâ distillatio salis ad.

ficcitatem. Spiritus in vase accuratè obturato fervetur.

Massa salina in retortâ residua, igne aperto, in crucibulo calcinetur, donec nullos fumos edat, aquâ limpidâ dissolvatur, & crystallifetur, salem exhibet mirabilem Glauberi.

## SPIRITUS DULCIS SALIS.

**Rx** Spiritûs salis, unciâs quatuor.  
 Spiritûs vini rectificati, unciâs octo.  
 Distilla ut de spiritu Nitri dulci habetur.

## AQUA FORTIS.

**Rx** Vitrioli viridis ad albedinem calcinati,  
 Nitri purissimi, ana quantum volueris.  
 Seorsim trita & mixta simul, inde in retortam capacem lorricatam, receptaculo amplissimo instructam, obseratis commissuris distilla igne reverberii per gradus. Intra duodecim horas finietur operatio.

## AQUA REGIA.

**Rx** Salis Ammoniaci, unciâs quatuor.  
 Spiritûs Nitri, libram unam.  
 Misce in matrâcio capaci, digere igne arenæ ad integram Salis Ammoniaci dissolutionem. Decanta.

## MERCURIUS LIQUIDUS.

**Rx** Mercurii spiritu Nitri dissoluti, unciâam unam.  
 Mitte in vas vitreum. Affunde  
 Aquæ communis, unciâs viginti-quatuor.  
 Post aliquot horas filtra ad usum.

## SPIRITUS , SAL VOLATILE ET OLEUM SUCCINI.

**R.** Succini flavi contriti , quantum volueris.  
 Inde retortæ terreae aut vitreae loricatae capaci orificiique amplioris ; adapta receptaculum amplissimum. Distilla igne primùm leni , & phlegma stillabit : auge sensim ignem ad tertium gradum ; spiritus , sal volatile & oleum prodibunt. receptaculum agita , ut concretum & parietibus receptaculi hærens sal ( additâ , si lubet , aquâ ) colligatur & dissolvatur. Oleum à spiritu per chartam bibulam priùs aquâ madefactam separetur. Spiritum sale imbutum in cellâ reponere : crescent crystalli , à liquore , qui Spiritus nuncupatur , separandæ. Oleum quod rufescens est vel nigricans rectificatur mixtum cum ossibus ad albedinem calcinatis , & distillatum secundùm artem. Quod prodibit primùm oleum , erit album , dein flavum , postremò rubrum. Singula dum prodeunt excipe & serva.

*Simili modo distillari potest*

Gagates.

## SPIRITUS ET OLEUM GUAYACI.

**R.** Scobis ligni Guayaci , quantum volueris.  
 Inde retortæ capaci , adapta receptaculum amplum. Distilla in reverberio , primùm lento igne ; phlegma prodibit , quod rejiciendum ; postea obseratis commissuris , ignem urge ad ultimum gradum , donec nihil ampliùs extillet , & pelluceat receptaculum. Vasis refrigeratis , oleum nigrum à spiritu separa per chartam emporeticam priùs aquâ madefactam. Utrumque separatim rectificabis.

*Simili modo distillantur*

Buxus ,

Juniperus ,

Papyrus ,

Tabacum ,

Fuligo.



## SALIA VOLATILIA.

### SAL VOLATILE CORNU CERVI,

Cranii humani,  
 Ossium,  
 Viperarum,  
 Serici crudi,  
 Capillorum,  
 Millepedum,  
 Spongiarum,  
 Bufonum,  
 Carnium animalium.

*Eodem modo extrahuntur.*

Vide *SPIRITUS, OLEUM ET SAL VOLATILE CORNU CERVI.*

### SAL VOLATILE SUCCINI,

Vide *SPIRITUS, SAL VOLATILE ET OLEUM SUCCINI.*

### SAL VOLATILE AMMONIACUM.

**Rx** Salis Ammoniaci, libram unam.  
 Salis Tartari, libras duas.

Siccata, pulverata seorsim & mixta inde in retortam; post horas duodecim affunde

Spiritûs vini rectificati, uncias quatuor.

Retortâ benè obturatâ sine per horas duodecim. Coapta receptaculum. Commissuris vesicâ obseratis, ex arenâ leni igne distilla secundùm artem. Absolutâ distillatione & refrigeratis vasis, sal volatile à spiritu leparatum servabis.

Nota. Spiritum hunc ab aliis *Spiritum salis ammoniaci vinosum*, ab aliis *dulcificatum* nominari.

## SAL VOLATILE AROMATICUM.

**Rx** Salis volatilis ammoniaci, unciâs duas.  
 Mitte in cucurbitam vitream. Affunde  
 Olei stillatitii Lavandulæ, Mari, aut alterius cuiuslibet  
 Aromatici, drachmam unam.  
 Sublime fiat igne arenæ secundum artem.

SAL VOLATILE URINÆ,  
Sanguinis humani.

*Eodem modo parantur.*


Vide SPIRITUS, OLEUM ET SAL VOLATILE URINÆ.

## SAL SEDATIVUM.

**Rx** Salis Colcotharis ex vitrioli distillatione superstitis, unciâs duas.  
 Solve in  
 Aquæ ferventis, quantitate sufficienti.  
 Boracis tritæ, unciâs duas.  
 Solve pariter in  
 Aquæ ferventis, quantitate sufficienti.  
 Solutiones misce. Sine residere. Filtra. Mitte in cucurbitam vitream humilem & latioris fundi. Vaporent ad pelliculam. Tunc capitellum & receptaculum adapta. Distilla igne arenæ ad siccitatem. Omnis aqua elicitâ abjicitur, exceptis quatuor ultimis unciis quæ servabuntur. Cum nihil humoris stillat amplius, sal volatile sublimatur nivis instar. Finitâ sublimatione, vasis refrigeratis, flores excipe. Ex unciis quatuor liquoris supra asservati fiat cohobatio cum materiâ in fundo cucurbitæ residuâ. Distilla & liquorem serva. Sublima ut supra, & hæc sublimatio erit priori copiosior. Cohobationes, distillationes & sublimationes repete, donec nulli amplius sublimentur flores.

Idem sal parari potest ex parte unâ olei vitrioli, loco salis Colcotharis, & ex duabus tribusve partibus Boracis.

OLEA



## O L E A.

## OLEUM CARYOPHYLLORUM.

**R** Caryophyllorum contusorum, libram unam.  
 Aquæ ferventis, libras decem.

Mitte in vas idoneum coopertum. Digere in hypocausto saltem per quindecim dies. Distilla igne nudo ad medietatem ex vesicâ suo refrigeratorio & receptaculo instructâ. Refrigeratis vasis, oleum ab aquâ separa.

*Simili modo elicies*

Olea Cinnamomi,	Seminum Anisi,
Macis,	Anethi,
Nucis Moschatæ,	Carvi,
Cubebæ,	Cumini,
Amomi,	Fœniculi,
Cardamomi,	Baccarum Juniperi,
Piperis,	Lauri,
Lignorum Rhodii,	Corticum Arantiorum,
Cedri,	Citreorum.
Sassafras,	Arantiorum & Citreorum
& similibus. Item	nascentium & immaturorum.
Olea Absinthii,	
Majoranæ,	
Menthæ,	
Rorismarini,	
Rutæ,	
Sabinæ,	
Salviæ,	
Thymi,	
Florum Lavandulæ,	
Arantiorum,	

Observandum primò plus minus alia aliis esse digerenda, & majori vel minori aquæ copiâ iis vel illis opus esse.

2°. Plantas aromaticas siccas esse adhibendas, & biduò tantùm macerandas.

3°. Semina, baccas & ligna ante digestionem contundenda esse, vel scobinâ deradenda, longiorique tempore maceranda.

4°. Cortices esse deradendos, sed nullâ maceratione indigere.

OLEUM GUAYACI,  
Buxi.

Vide *SPIRITUS ET OLEUM GUAYACI* pag. 206.

OLEUM TEREBINTHINÆ,

Mastiches,

Olibani,

Tacamahacæ,

Gummi Elemi,

Ammoniaci,

Labdani,

Sandaracæ,

Myrrhæ recentis,

Picis,

Benzoini,

Galbani.

Vide *SPIRITUS ET OLEUM TEREBINTHINÆ* pag. 138.

OLEUM SUCCINI,

Gagatis.

Vide *SPIRITUS, SAL VOLATILE ET OLEUM SUCCINI* pag. 205.

OLEUM CERÆ.

**Rx.** Ceræ flavæ, uncias sex.  
Arenæ siccæ cribratæ, uncias duodecim.

Liquefiat Cera in patellâ terreâ : fluenti adde arenam. Remove ab igne, & continuò agita, donec refrigescat; ex hâc materiâ nondum induratâ formentur globuli, qui ex retortâ

vitreâ loricatâ igne tertii gradûs distillentur per horas decem. Prodibit oleum fluidum à phlegmate separandum ; tum aucto igne , oleum butyraceum , quod ut fluidum fiat , arenæ aut calci vivæ admixtum iterùm atque iterùm distillabis.

## OLEUM TARTARI.

Vide *SPIRITUS ET OLEUM TARTARI* pag. 202.

OLEUM DE LATERIBUS,  
SEU OLEUM PHILOSOPHORUM.

**R** Lateres confractos , quot volueris.  
Candescant & illicò immergantur oleo claro , statim vas cooperiendo , ne accendatur. Sinito , donec refrixerint. Exemptos lateres terito. Indito retortæ loricatæ. Addito receptaculum capax , commissurisq; obseratis , elicito oleum igne reverberii. Prolectum oleum rectificâ & serva.

## OLEUM MYRRHÆ PER DELIQUIUM.

**R** Ova cocta ad duritiem & per medium secta. Vitellis exemptis cava impleto myrrhâ tenuissimè tritâ. Æmulas albuminum medietates coadunatas filo ligabis , & craticulæ lignæ super paropsidem impones. Sinantur in cellâ. Ex myrrhâ liquefcente humor stillabit.

## OLEUM CAMPHORÆ.

**R** Camphoræ tritæ , uncias tres.  
Mitte in matrarium. Affunde  
Spiritus Nitri , uncias sex.  
Vase ritè obturato digere ad integram dissolutionem. Liqueorem oleosum supernatantem digere , & habebis oleum Camphoræ vulgò dictum.



# BALSAMA.

## BALSAMUM FIORAVANTI.

℞	Terebinthinæ Venetæ,		libram unam.
	Baccarum recentium Lauri,		uncias quatuor.
	Gummi Elemi,		
	Tacamahacæ,	ana	unciam unam.
	Styracis liquidæ,		uncias duas.
	Galbani,		
	Thuris,		
	Myrrhæ,		
	Gummi Hederæ,		
	Ligni Aloës,	ana	uncias tres.
	Galangæ minoris,		
	Caryophyllorum,		
	Cinnamomi,		
	Nucis Moschatæ,		
	Zedoariæ,		
	Zingiberis,		
Dictamni albi,			
Aloës foccotorinæ,			
Succini,	ana	unciam unam.	
Spiritûs vini rectificati,		libras sex.	

Digerantur omnia simul per novem dies. Tum additâ Terebinthinâ distillentur Balneo cinerum. Prodibit primò liquor limpidus spirituosus, & erit *Balsamum Spirituosum*; secundò oleum flavum, & erit *Balsamum*; tandem oleum rufum aut nigrum, & erit *Balsamum nigrum*.

## BALSAMUM SULPHURIS.

℞	Florum Sulphuris,	uncias duas.
	Inde matratio. Affunde	
	Olei Terebinthinæ,	uncias octo.

Digere igne arenæ ad sulphuris dissolutionem. Oleum turbescet, quod vasis refrigeratis decanta & serva.

Loco olei Terebinthinæ usurpari potest oleum Anisi, Succini, Nucum, & erit *Balsamum Sulphuris anisatum*, aut *succinatum*, aut cum oleo Nucum paratum.

## BALSAMUM SATURNI.

**Rx** Salis Saturni, uncias octo.  
Mitte in matratium, affunde spiritum Terebinthinæ ad eminentiam quatuor digitorum. Digere igne arenæ leni per viginti-quatuor horas, donec colorem exquisitè rubrum acquisierit; liquorem decanta. Superstiti materiæ affunde alterum spiritum Terebinthinæ, digere ut suprâ, decanta. Liquores misce in cucurbitâ vitreâ; vaporent ad medias. Superstes liquor Balsamum erit Saturni.

## BALSAMUM LECTORENSE,

VULGO de *Leitour*.

**Rx.** Oleorum essentialium rectificatorum Lavandulæ,  
Terebinthinæ,  
Petrolei,  
Juniperi,  
Caryophyllorum,  
ana unciam unam.  
Olei essentialis Benzoini per retortam elicitum, & Bal-  
neo-maris rectificatum, unciam semissem.  
Oleorum Macis,  
Nucis Moschatæ, ana drachmas duas.  
Camphoræ,  
Crocii pulveratorum, ana drachmam unam.  
Moschi,  
Ambari Cineritii pulveratorum,  
Saphyrorum præparatorum, ana drachmam semissem.  
Capitum Bufonum præparatorum, drachmas duas.

Mitte in matratium capacissimum ritè obturatum. Digere per quatuor dies calore solis vel ventris equini, singulis diebus quater movendo, & factum erit Balsamum.



## BUTYRA.

### BUTYRUM ANTIMONII.


**Rx** Reguli Antimonii, unciæ sex.  
 Mercurii sublimati corrosivi, unciæ sexdecim.

Tere in mortario marmoreo. Distilla per retortam vitream brevioris & latioris colli igne arenæ, per gradus augendo. Butyrum Antimonii instar glaciei egredietur, liquandum admoto carbone candente, si fortè concrescat in collo. Butyrum exceptum rectificabis, & in vase ritè obturato servabis.

Nota. Quod si volueris cum Butyro Antimonii Cinnabarim elicere, Butyrum conficies ex unâ parte Antimonii crudi & duabus sublimati corrosivi, procedendo ut suprà.

### BUTYRUM SATURNI.

**Rx** Aceti Saturni, quantum volueris.  
 Misce sensim & agita in mortario marmoreo cum olei Rosacei aut aliûs quantitate sufficienti, ad debitam nutriti consistentiam.



## FLORES.

### FLORES SALIS AMMONIACI.

**Rx** Salis Ammoniaci,  
 Communis decrepitati, ana quantum volueris.  
 Simul pulverata inde retortæ aut cucurbitæ capitello suo

instructæ, subjiciatur ignis primùm lenis, dein augeatur, & obtinebis flores albos.

Nota, si loco Salis communis Limatura Martis vel Lapis Hæmatites adhibeantur, præhabitâ digestionem, flores emersuros *Martiales* vel *Hæmatiticos*.

## FLORES SULPHURIS.

**Rx** Sulphuris communis contriti, quantum volueris. Inde cucurbitæ suo capitello vitreo instructæ (vel idoneis vasculis sibi invicem superpositis, vulgò *Aludels*) igne arenæ sublima; identidem capitellum renova & flores collige, donec totum sulphur, relictis in fundo sæcibus, ascenderit.

## FLORES BENZOINI.

**Rx** Benzoini electi crassiusculè contriti, quantum volueris. Mitte in ollam fictilem desuper ritè adaptato corniculo papyraceo in modum capitelli; igne leni fiat sublimatio. Refrigerato vase & corniculo, flores albos obtinebis singulis horis colligendos, donec flavi succedant.

## FLORES ANTIMONII RUBRI.

**Rx** Antimonii crudi, ana unciarum quatuor. Salis Ammoniaci, ana unciarum quatuor. Tere seorsim. Tum simul mixta inde cucurbitæ terreæ. Apposito capitello vitreo receptaculo instructo, post digestionem igne moderato sublima per duas tresve horas, dum tota ferè massa ascenderit. Exemptos flores edulca ex aquâ tepidâ aliquoties renovandâ. Lotiones floribus admixtis trajice per chartam, & pulverem chartæ insidentem exsicca.

## FLORES ANTIMONII NIVEI ET SPLENDENTES.

**Rx** Reguli Antimonii pulverati, quantum volueris. Mitte in ollam fictilem non vitratam. Intra vas admove operculum exiguo foramine pervium in centro, & duo-



Divide in ampullas igni arenæ superpositas, ignem per gradus augendo sublimationem aggredere. Mercurium post aliquot horas vasorum lateribus hærentem exime. Eundem à sordibus separatim tere. Sublima iterùm ex aliis ampullis. Sublimationes sexies saltem repete, aut usquedum sub linguâ nullum corrosionis indicium deprehendatur.

## PANACEA MERCURIALIS.

**Rx** Mercurii dulcis, unciæ sex.  
Lævigatum in mortario marmoreo mitte in ampullam vitream capacem arenæ impositam, igne leni primùm, post-hac per gradus augendo sublima. Sublimatione peractâ ampullam refrigeratam frange. Sublimatum facilè exemptum iterùm læviga. Sublima ex aliâ ampullâ, idque septies, sæcibus semper abjectis. Sublimato, lævigato, & cucurbitæ vitreæ indito affunde spiritum vini rectificatum, & aliquot resinosis aromatum partibus imprægnatum, ad quatuor digitorum eminentiam. Digerantur per quindecim dies, massam sæpiùs in die agitando. Tum vasis refrigeratis, spiritum vini per inclinationem effunde. Panaceam exime & exsicca.


## MERCURIUS VIOLACEUS.

**Rx** Florum Sulphuris, unciæ quatuor.  
Mitte in vas terreum. Liquefiant. Remoto ab igne vase sensim adde

Mercurii ex Cinnabari redivivi, unciæ sex.  
Salis Ammoniaci pulverati, unciæ quatuor.

Spathâ ferreâ omnia move & misce. Fluentem adhuc materiam extrahe. Ubi refrixerit, pulvera, & matratio capaci indito. Sublima, igne sensim aucto ad tertium gradum.

Disruptis vasis flores albos exime & rejice. Substratam materiam omnem pulvera, & in matratio iterùm sublima. Idem adhuc bis repete, & habebis massam supernè luteam & levem, infernè verò ponderosam, nigricantem, quandoque violaceam. Hanc portionem super porphyritem læviga, & erit Mercurius violaceus, quem spiritu vini superagcensu edulcorabis.



# TINCTURÆ.

## TINCTURA MYRRHÆ.

**Rx** Myrrhæ electæ contritæ , quantum volueris.  
 Mitte in vas vitratum. Affunde  
 Spiritum vini rectificatum , ad eminentiam aliquot digi-  
 torum.

Obturato vase digere igne arenæ per aliquot dies , donec  
 spiritus vini ritè saturatus fuerit.

Tincturam suo cum magmate serva.

*Eodem modo parabuntur*

Tincturæ Aloës ,  
 Croci forficibus concisi ,  
 Coccinellæ ,  
 Succini in alkool redacti ,  
 Castorei ,  
 Benzoini ,  
 Storacis ,  
 Balsami Tolutani ,  
 Cinnamomi ,  
 Caryophyllorum Indicorum ,  
 Kinækinæ ,  
 Contrayervæ ,  
 Cascarillæ ,  
 Afari , & similia.

## TINCTURA LACCÆ.

**Rx** Gummi Laccæ recens suis è bacillis exemptæ ,  
 unciam unam.  
 Aluminis usti , drachmam unam.  
 Spiritûs ardentis Cochleariæ , uncias octo.

Digere in arenâ donec tinctura rubedine saturata appa-  
 reat , quam decanta & serva.

## TINCTURA MARTIS.

**Rx** Limaturæ ferri nitidæ, unciæ sex.  
Tartari albi pulverati, libram unam.

Mitte in ollam ferream capacissimam. Superaffunde  
Aquæ pluvialis, libras duodecim.  
Bulliant omnia per horas duodecim; identidem agita, ad-  
dendo aquam ferventem.

Ebullitione factâ, quiescant. Supernatans liquor decante-  
tur, filtretur, vaporet in vase terreo vitrato ad consistentiam  
syrupi liquidioris. Tum adde

Spiritûs vini rectificati, unciam unam.

Ad mucorem & situm quem illa tinctura citò contrahit  
arcendum, & martis præcipationem præcavendam. Serva ad  
usum.

## TINCTURA MARTIS VOLATILIS.

**Rx** Florum Salis Ammoniaci Chalybeatorum, quantum volueris.

Spiritûs vini rectificati, quantitatem sufficientem.  
Tincturam extrahe secundum artem.

*Simili modo paratur*

Tinctura Hæmatitæ.

TINCTURA AURI,  
SEU AURUM POTABILE.

**Rx** Auri purissimi, drachmam semissem.  
Aquæ Regiæ, unciæ duas.

Fiat dissolutio. Solutioni affundatur

Olei Essentialis Rorismarini, unciæ una.

Liquores confusi agitentur, postea reponantur. Subsidencebit  
Aqua Regia flavo colore & auro spoliata: oleum verò Roris-  
marini flavo colore tinctum & auro imprægnatum supernata-  
bit. Oleum ab Aquâ Regiâ ritè separetur, misceatur cum

Spiritûs vini rectificati, unciis quinque.

Digerantur simul in loco tepido per mensem. Mistura pur-  
purascens colorem acquirat.

## TINCTURA SALIS TARTARI.

**Rx** Salis Tartari, quantum volueris.  
 Liquefiat in crucibulo igne acerrimo. Tum in mortarium calens effusum illicò contundatur. Pulveratum mitte in matratium. Affunde spiritum vini rectificatum ad eminentiam. Digere igne arenæ per viginti-quatuor horas, vase ritè obturato. Tincturam rubicundam decanta.

## TINCTURA CORALLIORUM.

**Rx** Fragmenta Coralli rubri, quot volueris.  
 Superaffunde  
 Spiritûs Mellis, quantitatem sufficientem.  
 Digere ex arenâ ; Tincturam decanta. Eidem Corallio alterum affunde spiritum Mellis ; digere, decanta ut suprâ. Hæc toties repete, dum Corallium album appareat. Tincturæ omnes misceantur, & vaporent ferè ad siccitatem. Extracto superstiti affunde spiritum vini rectificatum ; & digere, donec rubicundissimus liquor extrahatur, qui ad medias circiter vaporet ut tenuissimi olei speciem præbeat.

## TINCTURA STOMACHICA.

**Rx** Cinnamomi acuti, uncias duas.  
 Caryophyllorum,  
 Nucis Moschatæ,  
 Croci, ana unciam unam.  
 Macis, unciam semissem.  
 Calami aromatici, drachmas sex.  
 Corticem exteriorem recentem Citreorum numero, quatuor.  
 Arantiorum amarorum numero, duorum.  
 Contundenda contundantur, incidantur incidenda, & infundantur in  
 Aquæ vitæ optimæ, libris quatuor.

Identidem agitando per aliquot dies ut extrahatur tinctura  
usui servanda.

## ELIXIR PROPRIETATIS.

**Rx** Myrrhæ electæ,  
Aloës pulveratarum,  
Croci minutim concisi, ana uncias duas.  
Mitte in matrarium. Affunde  
Spiritus vini rectificati, libram unam &  
duodecim uncias.

Obturato vase digere igne arenæ per quadraginta dies,  
identidem vas agitando. Tincturam decanta & serva.

Si prædicta tinctura distillatur, exurget Elixirium Proprie-  
tatis album. Vel loco Spiritus vini suppleri potest aqua Cin-  
namomi hordeata, undè exurget tinctura, quæ distillata dabit  
alterum Elixirium Proprietatis album.

## ELIXIR PROPRIETATIS CUM ACIDO.

Superstiti materiæ elixirii præcedentis affunde  
Spiritus Sulphuris, uncias tres.  
Digere per aliquot dies igne arenæ. Tum adde  
Elixirii sine acido, uncias duodecim.  
Iterum digere per decem dies. Tincturam decanta &  
serva.

## ELIXIRIUM STOMACHICUM.

**Rx** Spiritus Carminativi sylvii, uncias tres.  
Aquæ Cinnamomi,  
Florum Arantiorum, ana unciam unam.  
Spiritus Menthæ, uncias quinque.  
Tincturæ Absinthii, uncias quatuor.  
Misce, fiat Elixirium.



Aquæ ferventis, libras duas.

Infundantur per horæ quadrantem, addendo

Spiritûs Vitrioli, guttas decem.

Cola ad usum. Addi potest vel syrupi cujuscumque vel sacchari quantitatem sufficientem pro lubitu.

### TINCTURA LAVANDULÆ,

VULGO AQUA VITÆ LAVANDULÆ.

**Rx.** Summitatum floridarum Lavandulæ marcidarum, quantum volueris.

Mitte in matrarium. Superaffunde aquam vitæ ad eminentiam quatuor digitorum. Vas obtura, digere ad solem & serva.

*Simili modo preparantur*

Tincturæ Rorismarini,

Salviæ,

Florum integrorum Coronæ solis,

Arantiorum,

Baccarum Juniperi.

### TINCTURA ABSINTHII.

**Rx.** Summitatum floridarum Absinthii ficcatarum, à stiptibus mundatarum, uncias quatuor.

Spiritûs vini rectificati, libram unam semis.

Digere igne leni per dies aliquot. Expressione factâ, adde alteras Absinthii summitates. Digere ut suprâ. Cola & serva.

*Simili modo parantur*

Tincturæ Scordii,

Rutæ,

Florum Hyperici,

Lavandulæ.

### LIQUOR CORNU CERVI SUCCINATUS.

**Rx.** Spiritûs volatilis Cornu Cervi rectificati, quantum volueris.



## S A L I A.

## SALIA ESSENTIALIA.

**Rx.** Plantæ cujusvis virentis, quantum volueris.  
Concisam & contusam subijce torculari; exprime succum, trajice per manicam, vaporet ad quartam circiter portionem liquoris superstitem. Quiescat in cellâ, donec concrecant crysalli. Collige. Evaporationem & crysallificationem repete, donec omnes crysallios exhausteris.

Nota, herbas viscosas igne leni emolliendas esse, antequam prælo committantur; atque etiam sicciore ex aquæ sufficienti quantitate elixandas.

Non absimili modo Salia Essentialia præparantur ex succis fructuum.

## SALIA FIXA ACIDA:

## GILLA VITRIOLI.

**Rx.** Vitrioli albi pulverati, uncias quatuor.  
Dissolutum in aquâ filtra. Vaporet igne arenæ in vase vitreo ad pelliculam. Tum repone ad crysallificationem.

## VITRIOLUM CALCINATUM ET COLCOTHAR.

**Rx.** Vitrioli viridis, quantum volueris.  
Calcinetur in vase fictili, novo, non vitrato; evadet massa ex albo cineritia, & erit *Vitriolum ad albedinem calcinatum*.

Si intentiori igne urgeatur, colorem induet rubrum, & erit *Colcothar*.

Nota, quod æstivo tempore sub æstuantis solis ardore Vitriolum calcinari potest, tumque sumitur Vitriolum Romanum, & sic præparatum dicitur vulgò *Pulvis Sympathicus*.

## SAL VITRIOLI.

**Rx** Colcotharis, libras sex  
 Affunde  
 Aquæ ferventis, quantum satis.

Stent per diem, sæpiùs agitando. Bulliant parùm. Quietè subsideant. Decanta. Alteram aquam affunde. Digere, decanta ut suprâ, idque pluries, donec aqua insipida superet.

Solutiones omnes misce, cola per chartam bibulam. Vaporent ad siccitatem ex arenâ. Sal residuum serva.

## SAL MARTIS RIVERII.

**Rx** Spiritûs vini rectificati, libram semissem.  
 Olei Vitrioli, uncias quatuor.

Commixta repone per dies aliquot in sartagine ferreâ inexpertâ ad concretionem & siccitatem salis emerfuri, quod abrasum serva.

## SAL VEL VITRIOLUM MARTIS.

**Rx** Limaturæ ferri, libram unam.  
 Aquæ communis, libras quatuor.  
 Spiritûs Vitrioli, libram unam semissem.

Mitte in matrarium amplum. Stent ad ignem arenæ per viginti-quatuor horas, sæpiùs agitando. Decanta. Filtra. Vaporet liquor in balneo sicco ad pelliculam, tandem in loco frigido concrecant crystalli.

Collectis crystallis, repetantur decantatio, filtratio, evaporatio, concretio, donec nullæ fiant crystalli.

## CRYSTALLI LUNÆ.

**Rx** Argenti purissimi vulgò *de coupelle*,                      uncias duas.  
 Solve in  
 Spiritûs Nitri optimi,    unciis sex.  
 Fiat evaporatio igne leni ad quartæ partis consumptionem.  
 Repone ad crystallisationem; repete donec crystallos omnes  
 exhausseris.

## LAPIS INFERNALIS.

**Rx** Crystallorum lunæ,    quantum volueris.  
 Mitte in crucibulum germanicum amplum; leni igne  
 tumet primùm materia, tum subsidet, dein aucto igne instar  
 olei liquefcit. Effunde in modiolum fusorium ( gallicè *lingo-  
 tiere* ) priùs calefactum seboque litum. Concreta massa exi-  
 matur & servetur in vase ritè oblerato & loco sicco.

## SAL SULPHURIS.

**Rx** Salis Polychrestî,    semilibram.  
 Mitte in cucurbitam vitream. Solve in  
 Aquæ communis,    quantitate sufficienti.  
 Affunde  
 Spiritûs Sulphuris,    uncias quatuor.  
 Filtra mixturam; vaporet igne lento in arenâ ad siccita-  
 tem. Materia superstes erit Sal Sulphuris.

SAL PRUNELLÆ,  
 SEU CRYSTALLUS MINERALIS.

**Rx** Nitri puri,    libras quatuor.  
 Mitte in crucibulum igni impositum; Nitro lique-  
 facto, injice per vices  
 Florum Sulphuris,    unciam unam.  
 Defragatione peractâ, crucibulo parùm refrigerato, Ni-  
 trum in pelvim effunde, continuò versandam ut expandatur,  
 Exemptum serva.

## ALUMEN TINCTUM.

**Rx** Aluminis rupei, unciâs duas.  
Sanguinis Draconis, unciâs unam.

Liquefiat Alumen in scutella super prunas. Illicò adde Sanguinem Draconis tenuissimè pulveratum. Agita supra ignem lentum, donec ritè misceantur. Refrigeratam massam ferva.

Vel ex eâdem adhuc calente formentur pilulæ.

## SALIA ALKALIA.

## SAL TARTARI.

**Rx** Tartari albi crudi triti, quantum vis.  
Corniculis papyraceis madentibus include; fiat stratum super stratum cum carbonibus. Igne aperto calcina ad albedinem. Ex massâ calcinatâ fiat lixivium, filtra, vaporet ad siccitatem.

## OLEUM TARTARI PER DELIQUIUM.


**Rx** Salis Tartari, quantum vis.  
Exceptum paropside fictili reponere in loco humido; faceffet in liquorem, quem filtratum ferva, & erit Oleum Tartari per deliquium.

## NITRUM FIXATUM.

**Rx** Nitri purissimi, libram unam.  
Liquefeat in crucibulo capaci. Projice  
Carbonis pulverati, cochlear unum.

Peractâ detonatione alterum cochlear projice. Repete, donec Nitrum nec ampliùs fluat, nec detonet. Nitrum adhuc calens è crucibulo exemptum aquâ calente solve, filtra, va-





## SALIA NEUTRA.

### TARTARUS SOLUBILIS, SAL VEGETABILE DICTUS.

**Rx.** Salis Tartari, uncias sex.  
 Dissolve in  
 Aquæ communis calentis, libris quatuor semis.  
 Tum adde  
 Cremoris Tartari tenuissimè pulverati circiter,  
 uncias duodecim, scilicet ad punctum saturationis.  
 Bulliant leviter. Liquorem refrigeratum cola. Vaporet ad  
 siccitatem vel ad pelliculam ut crytalli concrecant.

### TERRA FOLIATA TARTARI.

**Rx.** Salis Tartari purissimi, uncias duas.  
 Inde in cucurbitam vitream. Affunde  
 Spiritûs Aceti acerrimi, uncias octo vel  
ad punctum saturationis.  
 Vaporet vel distilletur ad siccitatem. Prodibit liquor insi-  
 pidus. Iterùm affunde  
 Spiritûs Aceti, quantum sufficit ad punctum saturationis.  
 Distilla iterùm, & repete eundem processum, donec liquor  
 acidus prodeat. Tunc massam superstitem solve in  
 Spiritûs vini, quantitate sufficienti.  
 Filtra, vaporet ad siccitatem. Solutionem & evaporatio-  
 nem repete, donec materia supersit sicca, alba, foliacea.

### PANACEA ANTIMONIALIS.

**Rx.** Butyri Antimonii rectificati, libram semissem.  
 Crystallorum Tartari pulveratorum, libram unam.  
 In matratio permixtis affunde  
 Aquæ communis, libras sex.

Bulliant simul per horas octo ; partitis vicibus instilla

Olei Tartari per deliquium, libram unam.

Ebullitione sedatâ , calidus filtretur liquor. Vaporet ad siccitatem. Repone in cellâ , liquefiat. Filtratam liquorem in vase obturato reconde.

### TARTARUM CHALYBEATUM.

**Rx** Tartari albi crudi pulverati, libram unam.

Limaturæ ferri præparatæ, uncias quatuor.

Misce. Bulliant in

Aquæ communis circiter, libris duodecim.

Soluto Tartaro liquorem calidè filtra per manicam. Repone in cellâ ut crystalli concrecant. His exemptis bulliat iterum liquor, vaporet ad pelliculam, procede ut supra, donec omnes crystallos obtinueris.

### TARTARUM CHALYBEATUM SOLUBILE.

**Rx** Tartari solubilis, uncias quatuor.

Tincturæ Martis, libram unam.

Vaporent simul igne arenæ in vase terreo vitrato ad siccitatem. Residuum sal in vase ritè obturato serva.

### TARTARUS VITRIOLATUS.

**Rx** Olei Tartari per deliquium, quantum vis.

Inde in cucurbitam vitream. Affunde guttatim spiritum vitrioli rectificatum & limpidum ad punctum saturationis. Sedatâ effervescentiâ fiat evaporatio igne leni ad pelliculam. Repone in cellâ ut crystalli concrecant. Liquorem effunde, vaporet denuò ad pelliculam, addendo priùs nonnihil Salis Tartari. Repone ut concrecant novi crystalli. Et crystallos omnes collectas aquâ leviter abluras exsicca & serva ad usum. Nec Tartarus vitriolatus servetur in officinis nisi crystallifatus.

## SAL POLYCHRESTUM.

**Rx.** Nitri pulverati, libras duas.  
 Florum Sulphuris, libram unam.

Mixta per vices projice in crucibulum candens, nec nova projiciatur materia, quin prior prorsus deflagrata sit. Absolutâ deflagratione per horam ignem urge. Massam refrigeratam & ex aquâ calente solutam filtra. Vaporet ad pelliculam, & crystallos ex arte para. Servetur etiam illud sal in officinis crystallifatum. Crystallorum enim figura salis indolem indicant.

## SAL DE DUOBUS,

SIVE ARCANUM DUPLICATUM.

**Rx.** Nitri, ana partes æquales.  
 Vitrioli viridis, ana partes æquales.

Calcina igne aperto usquedum materia Colcotharis colorem induerit, & nulli vapores exhalent. Tum solve in

Aquæ ferventis, sufficienti quantitate.

Filtera, vaporet ad pelliculam ut crystallos albæ concrecant.

Nota, si virides sint crystallos, eas iterum calcinationi subjiciendas esse.

## SAL MIRABILE.

**Rx.** Salis marini ex aquâ soluti & repurgati, libram unam.

Olei Vitrioli, uncias duodecim.

Misce in vase idoneo, & distillentur ex arenâ; prodibit spiritus salis valentissimus. Massam in retortâ superstitem exime, & calcina igne aperto, donec nulli fumi percipiuntur. Affunde aquam ferventem, & filtra. Solutio vaporet ad pelliculam. Tum quietè in crystallos concrecat.

## NITRUM ANTIMONIATUM.

**Rx.** Lotiones Antimonii diaphoretici.  
 Vaporent ad siccitatem vel ad pelliculam, si crystallos volueris; & erit Nitrum Antimoniatum, sive Sal Polychrestum stibiatum.

## SAL FEBRIFUGUM SYLVII.

**Rx.** Materiæ superstitis à distillato spiritu volatili Salis Ammoniaci cum Sale Tartari, uncias octo.  
 Solve in  
 Aquæ calentis, sufficienti quantitate.  
 Filtra. Evaporatio fiat ad pelliculam. Reponatur ad crystallationem. Habebis Sal Febrifugum.

## SAL ET MAGISTERIUM CORALLIORUM.

**Rx.** Coralliorum rubrorum pulveratorum, quantum volueris.  
 Mitte in matrarium. Affunde Spiritum Aceti ad eminentiam quatuor digitorum. Peractâ effervescentiâ digere ex arenâ per duos tresve dies, liquorem decanta; filtra; fiat evaporatio ad siccitatem igne lenissimo, & Salem habebis; Magisterium verò, si mediante oleo Tartari ad quantitatem sufficientem, præceptis fiat pulvis albissimus aquâ communi dulcorandus multoties, tumque siccandus.

*Simili modo parari possunt*

Magisteria & Salia Oculorum Cancrorum,  
 Margaritarum,  
 Matris Perlarum.

## SAL SATURNI.

Vide ACETUM vel SAL SATURNI, pag. 224.

## LAPIS DIVINUS SEU OPHTALMICUS,

**Rx.** Vitrioli cærulei Cyprini nitidi,  
 Nitri,  
 Aluminis rupei, ana uncias sex.  
 Exactè pulverata & mixta inde in matratio: liquefiant ex  
 arenâ. Liquefactis adde  
 Camphoræ pulveratæ, drachmas duas.  
 Massa refrigerata effracto vase extrahatur & servetur.

## LAPIS MEDICAMENTOSUS.

**Rx.** Vitrioli ad rubedinem calcinati, uncias duas.  
 Lithargyri,  
 Boli Armenæ,  
 & Aluminis, ana uncias quatuor.  
 Impositis in ollâ fictili vitratâ affunde  
 Aceti acerrimi,  
 quantum satis ad supereminentiam duorum digitorum.  
 Vase obturato macerentur per duos tresve dies, identidem  
 materiam agitando. Tum adde  
 Salis Nitri, uncias octo.  
 Salis Ammoniaci, uncias duas.  
 Coque igne lento ad exsiccationem. Massam exsiccata  
 superstitem calcina igne vehemente per horam. Exime & ser-  
 va ad usum.

## TARTARUS EMETICUS.

**Rx.** Vitri Antimonii,  
 Croci metallorum, ana libram semissem.  
 Cremoris Tartari, libram unam.  
 Fiat pulvis. Inde in ollam fictilem vitratam cum sufficienti  
 quantitate aquæ. Bulliant per horas duodecim, addendo identi-  
 dem aquam ferventem. Calens liquor filtretur. Vaporet ad siccit-  
 atem.

## CROCI.

CROCUS MARTIS,  
VULGO APERIENS.

**Rx.** Limaturæ ferri, quantum volueris.  
Rori maiali exponatur, vel aquâ pluviâ identidem  
irroretur, donec in rubiginem faceſſat, ſuprà porphyritem  
lævigandam.

CROCUS MARTIS,  
VULGO ASTRINGENS.

**Rx.** Limaturæ ferri, quantum vis.  
In ollâ terreâ igne reverberii continuò per plures ho-  
ras calcinetur, donec in pulverem rubicundum abierit, qui  
multoties aquâ ablutus & exſiccatus lævigetur.

GLOBULI MARTIALES.

**Rx.** Limaturæ ferri præparatæ, partem unam.  
Tartari albi pulverati, partes duas.  
Miſce in cucurbitâ; affunde aquam vitæ ad eminentiam  
digiti; radiis ſolaribus vel Balneo-maris digere ad ſiccitatem.  
Maſſæ exſiccatae & pulveratæ iterum aquam vitæ affunde.  
Digere ut ſuprà, idque toties repete, donec maſſa exſiccata  
quasi reſinoſa appareat. Ex hac maſſâ globulos efformabis ad  
ovi magnitudinem.

KERMES MINERALE.

**Rx.** Antimonii Hungarici in fruſtula effracti, libras quatuor.  
Nitri fixati, libram unam.  
Gg ij

Aquæ pluvialis, libras octo.

Inde in vas fictile vitratum : bulliant per horas duas igne æquali & moderato. Liquoris ferventis duos trientes filtra. Tertio superstiti affunde

Aquæ pluvialis ferventis, libras quinque,  
Nitri fixati, uncias duodecim.

Bulliant ut supra. Filtra iterùm duos liquoris trientes. Tertio adhuc superstiti affunde

Aquæ pluvialis ferventis, libras quinque.  
Nitri fixati, uncias octo.

Bulliant ut suprâ. Totum liquorem filtra. Misce in vase terreo omnes filtratos liquores. Quiescant per viginti-quatuor horas ; liquor decantetur. Pulvis residuus rubens super papyro emporeticâ expansus edulcetur affusâ identidem aquâ, donec insipida exudet. Pulvis exsiccatus mittatur in fictile, cui affusa spiritûs vini rectificati sufficiens quantitas accendatur, ut artis est ; quod bis repetendum.

### ÆTHIOPS MINERALIS.

**Rx.** Mercurii crudi è Cinnabari redivivi, unciam unam.  
Florum Sulphuris, uncias duas.  
Tere in mortario vitreo pistillo vitreo, donec mercurius fiat inconspicuis, & pulvis intensè nigrescat.

### CINNABARIS ANTIMONII.

**Rx.** Massam superstitem ex Butyro Antimonii cum unâ parte Antimonii crudi & duabus sublimati corrosivi confecto.

Retortâ receptaculo suo instructâ exceptam urgebis igne arenæ, donec in Cinnabarim evehatur, quæ collo adhærens detrahatur ; ex aquâ eluc ; tum novâ sublimatione rectificata servabitur.

## CINNABARIS FACTITIA.

**Rx.** Florum Sulphuris, libram semissem.  
 Liquefiant in patellâ terreâ super carbonibus. Statim  
 adde Mercurii ex corio depluentis, libram unam cum dimidiâ.

Agita perpetuò spathâ ferreâ, donec ambo coeant & mercurius penitus fiat inconspicuus. Massam hanc pulveratam in mortario vitreo, sublima in vase idoneo igne aperto per gradus aucto. Sublimationem semel & iterùm repete.



## MAGISTERIA.

## MAGISTERIUM SULPHURIS.

**Rx.** Florum Sulphuris, uncias quatuor.  
 Salis Tartari, uncias duodecim.  
 Mixta inde fictili vitrato. Affunde  
 Aquæ puræ, libras octo.

Vase cooperto bulliant, donec liquor rubescat. Solutionem filtra. Instilla acetum distillatum, & fiat Lac Sulphuris. Stet, præseps agetur pulvis albus, liquorem limpidum decanta. Magisterium hinc emergens aquâ purâ multoties elue, & in umbrâ exsicca. Quod etiam Lac Sulphuris dicitur.

## SULPHUR AURATUM ANTIMONII.

**Rx.** Scorias Reguli simplicis Antimonii.  
 Coque in aquâ uberrimâ per semihoram. Filtra. Colaturæ instilla acetum, & præcipitabitur Sulphur Auratum, quod pluries abluendum est.

## RESINA JALAPÆ.

**Rx** Jalapæ contusæ, libram unam.  
 Spiritûs vini rectificati, libras tres.  
 Digere ex arenâ per viginti-quatuor horas. Filtra. Super-  
 stiti materiæ novum affunde spiritum vini. Digere ut supra.  
 Filtra. Repete, donec nullo colore tinctus spiritus vini ex-  
 trahatur. Tincturæ misceantur. Vaporent ad medias. Inde in  
 aquam frigidam projiciantur. Lactescet mixtura, & præceptus  
 fiet Magisterium. Liquorem decanta. Magisterium aquâ ablue  
 multoties. Exsicca & conserva.

*Simili modo parantur*

Resinæ Agarici,	Guayaci,
Colocinthidos,	Ligni Aloës,
Scammonii,	Zedoariæ,
Turpethi,	Ladani, &c.
Mechoacan,	

## MERCURIUS PRÆCIPITATUS ALBUS.

**Rx** Mercurii è Cinnabari redivivi, uncias quatuor.  
 Spiritûs Nitri, uncias sex vel  
 sufficientem quantitatem.

Mercurium mitte in matrarium. Affunde Spiritum Nitri.  
 Absolutâ dissolutione

**Rx** Aquæ communis, libram unam.  
 Salis marini, uncias duas.

Filtra. Hanc affunde dissolutioni Mercurii, fiet præcipita-  
 tio, cui ut absolvatur adde

Aquæ communis, libram unam.

Præcipitato Mercurio in pulverem album, liquorem de-  
 canta, repetitis ex aquâ purâ lotionibus pulverem edulca in  
 umbrâ siccandum.

## PRÆCIPITATUS RUBER.

**Rx** Mercurii è Cinnabari redivivi, libram unam.  
Spiritus Nitri, uncias octodecim vel  
quantitatem sufficientem.

Mitte in matrarium. Arenæ tepenti impone. Dissolutione peractâ fiat evaporatio ad siccitatem. Carbonibus vivis materiam calcina ad rubedinem intensam. Exime & serva.

## ARCANUM CORALLINUM.]

**Rx** Mercurii præcipitati rubri, quantum visi  
Calcina in matrario per aliquot horas, dum matrarium  
excandescat. Remove ab igne. Materiæ pulveratæ affunde spi-  
ritum vini rectificatum ad eminentiam transversi digiti. Ac-  
cende. Hæc sæpiùs repete, sicut singulis vicibus spiritus vini  
ad siccitatem deflagret.

MERCURIUS PRÆCIPITATUS FLAVUS,  
SEU TURPETHUM MINERALE.

**Rx** Mercurii è Cinnabari redivivi, uncias duas.  
Olei Vitrioli rectificati, uncias sex.  
Mercurium mitte in retortam. Affunde oleum Vitrioli. Vas  
imponere igni arenæ, dum bulliat liquor; peractâ dissolutione  
vaporet ad siccitatem, aucto igne. Materiam exemptam tere  
in mortario vitreo, tritam conjice in aquam calentem. Præ-  
cipitatum pulverem flavum aquæ lotionibus repetitis edulca,  
seca & serva.

## MERCURIUS PRÆCIPITATUS VIRIDIS:

**Rx** Mercurii è Cinnabari redivivi, uncias duas.  
Cupri limaturæ, semiunciam.  
Seorsim dissolve in  
Aquæ fortis; quantitate sufficienti.

Diffolutionibus mixtis abstrahe aquam fortem. Igne aucto materiam calcina. Exemptam & pulveratam in aceto distillato digere igne arenæ per unum & alterum diem. Ultimò bulliat acetum per unam circiter horam. Filtra. Materiæ superstiti novum acetum distillatum adde. Digere ut supra & filtra. Liquores filtrati mixti vaporent ad mellaginis consistentiam, quæ refrigerando indurata in vase vitreo clausa servabitur.

### MERCURIUS PRÆCIPITATUS PER SE.

**Rx.** Mercurii è Cinnabari redivivi, quantum vis.  
Inde pluribus ampullis fundo planis eâ quantitate ut unius cujusque ampullæ fundus tantummodo obtegatur. Ex arenâ digere, igne sensim per gradus aucto per mensem & ultra, dum veluti bulliat, & pulverem subrubrum obtinueris. In mercurium superstitem, superiorem processum repete, donec omnis Mercurius in pulverem rubieundum abierit.

### PULVIS ALGAROTH,


SEU MERCURIUS VITÆ.

**Rx.** Butyri Antimonii rectificati; quantum vis.  
Affunde  
Aquæ tepentis, quantitatem sufficientem.  
Præcipitabitur pulvis albus qui improprie Mercurius vitæ dicitur, alterâ aquâ pluries edulcandus, tum siccandus.

### MAGISTERIUM ET SAL CORALLIORUM.

Vide *SAL ET MAGISTERIUM CORALLIORUM.*





## REGULI.

## REGULUS ANTIMONII.

**R** Antimonii crudi, libram unam.  
 Tartari crudi, uncias duodecim.  
 Nitri puri, uncias sex.

Seorsim & tenuissimè trita, mixtaque in crucibulum candens cochleatim injice, singulis vicibus detonent cooperto crucibulo. Omni detonatione peractâ augeatur ignis, donec fluida fiat materia. Hanc fluentem in conum ferreum calefactum illitumque sebo effunde. Concute conum. Solidescet materia. Regulum exime à scoriis separandum ictu mallei.

## REGULUS ANTIMONII MARTIALIS.

**R** Apicum clavorum ferreorum, uncias octo.  
 Antimonii Hungarici pulverati, libram unam.

Clavi candesciant in crucibulo, Antimonium mitte in crucibulum. Liquefiant. Projice paulatim in fusam massam

Nitri, uncias tres.

Ad fusionem perficiendam. Tum in conum sebo illitum & calefactum materiam effunde. A scoriis Regulum separa. Terratur. Liqueatur additis

Nitri, unciis tribus.

Antimonii pulverati, unciis duabus.

Id quod semel & iterum repete, omisso Antimonio.

## REGULUS JOVIS.

**R** Stanni Anglicani optimi, uncias tres.  
 Reguli Antimonii triti, uncias duas.


Liquefiat Regulus in crucibulo. Tum injice Stannum. Ma-

Hh

teriam liquatam statim effunde in conum fusorium sebo litum, ut abeat in Regulum.

## REGULUS VENERIS.

**R** Cupri vulgò *de Rosette*;  
Reguli Antimonii triti, ana uncias tres.  
Cuprum in frustula divisum excandescat in crucibulo:  
tum injice Regulum. Materiam liquatam effunde in conum  
fusorium sebo litum, ut abeat in Regulum.



## CALCES ET CALIFORMIA:

### ALUMEN USTUM.

Vide. *ALUMINIS USTIO, ET SPIRITUS, ET PHLEGMA  
ALUMINIS.*

### PLUMBUM USTUM, SEU CALX PLUMBI.

Vide. *CALCINATIO PLUMBI.*

### CERUSSA ET PLUMBUM CALCINATUM ALBUM.

**R** Saturni in tenues lamellas producti, quantum volueris.  
Suspende ad perpendiculum intra vas fictile vitratum,  
in cujus fundo fuerit acetum acerrimum fervens. Hujus vapore  
solùm madeant. Obturato vase digerantur in fimo equino per  
tres septimanas. Saturnum pulvere albo efflorescet. Pulverem  
à lamellis abraade, qui erit vera Cerussa. Processum repete, si  
lubet; si verò omisâ abrasione lamellæ penitùs calcinatae fue-  
rint, ita ut albæ remaneant & fragiles. Habebis Saturnum  
calcinatum album.

## ANTIMONIUM DIAPHORETICUM.

**Rx** Reguli Antimonii, semilibram.  
Nitri purissimi, fesquilibras.

Pulverata misce. Cochleatim injice in crucibulum candens, singulis vicibus detonent. Peractâ omni detonatione augeatur ignis per duas circiter horas. Iis elapsis auferatur massa alba adhuc calens. Refrigerata tundatur in pulverem edulcorandum aquæ frigidæ lotionibus pluries repetitis, donec aqua nullo sapore imbuatur.

## BEZOARDICUM MINERALE.

**Rx** Butyri Antimonii rectificati, uncias duas.  
Spiritus Nitri optimi, uncias sex.

Misce. Ternis cohobiis distilla. Calcina materiam per semihoram. Aquâ ablue & sicca, serua ad usum.

## MAGNESIA ALBA.

**Rx** Aquæ Matris Nitri, quantum vis.  
Vaporet ad siccitatem. Materiam superstitem calcina, & in pulverem redactam multoties ablue aquâ tepidâ usquedum penitùs insipida evaserit. Tum sicca & serua.

## ANTIHECTICUM POTERII.

**Rx** Reguli Antimonii Martialis, ana unciam unam.  
Stanni Anglicani, ana unciam unam.

Liquefiant simul in crucibulo. Refrigerata comminue in pulverem tenuem. Adde

Nitri purissimi, uncias sex.

Simul contrita detonent in crucibulo per vices, & calcinentur ut in Antimonio Diaphoretico factum est. Materiam calcinatione ex cinereo albescentem projice in aquam calentem, post sex horas renovandam. Repete lotiones dum aqua insipida superfit. Exsiccatum pulverem serua ad usum.

## AURUM FULMINANS.

**Rx**, Auri limati, drachmam unam.  
 Mitte in matrarium. Affunde  
 Aquæ Regiæ recens factæ, unciam semissem.  
 Pone in arenâ. Ebullitione peractâ dissolutionem decanta.  
 Si quid auri superfit quod non sit solutum, affunde  
 Aquæ Regiæ, quantitatem sufficientem  
 Ad absolvendam dissolutionem. Solutionibus mixtis decu-  
 plum aquæ calentis adjiciatur; dein instilla guttatim  
 Olei Tartari per deliquium, quantitatem sufficientem.  
 Fiet effervescentia cum præcipitatione. Sine residere liquo-  
 rem, & effunde per inclinationem. Pulverem in fundo præ-  
 cipitem aquâ tepidâ abluë, donec insipida evaserit, & exsicca.

## TERRA DULCIS VITRIOLI.


**Rx**, Colcotharis, quantum volueris.  
 Infunde per aliquot horas in  
 Aquæ calentis, sufficienti quantitate.  
 Leviter bulliat; sine requiescat, decanta. Alteram aquam  
 superaffunde; bulliat ut supra. Decanta. Idque repete, donec  
 aqua insipida evaserit. Materia superstes exsiccata nuncupatur  
*Terra dulcis Vitrioli.*

## MAGNES ARSENICALIS.

**Rx**, Antimonii Hungarici,  
 Sulphuris flavi,  
 Arsenici crystallini pulveratorum, ana uncias duas.  
 Mixta omnia cucurbitulâ vitreâ excipiantur, igneque are-  
 næ moderato in magnesiâ colliqueſcant, quæ refrigerata  
 fervetur.

ÆRUGO,  
SIVE VIRIDE ÆRIS.

℞ Laminas Cupri, quot volueris.  
Stratum super stratum cum vinaceis stent donec æru-  
gine efflorescant, quam absterge & serva.



VITRA.

VITRUM ANTIMONII.

℞ Antimonii pulverati, libram unam.  
In ollâ fictili non vitratâ calcina igne leni in cinereum  
pulverem, spatha indefinenter movendo. Hunc pulverem  
mitte in crucibulum, & igne follium colliqua. Fusam materiam  
suprà patinam æneam effunde. Concreset in vitrum Hyacin-  
thinum, si benè successerit operatio.

HEPAR ANTIMONII.

℞ Antimonii crudi,  
Nitri pulveratorum, ana quantum volueris.  
Misce in mortario ferreo, tum injectâ prunâ fiat detona-  
tio; refrigeratâ materiâ, Hepar à scoriis separabitur.

CROCUS METALLORUM.

℞ Hepatis Antimonii tenuissimè triti, quantum volueris.  
Aquâ calente ablue dum insipida materia super sit.

E I N I S.



# O M I S S A

## A D D E N D A S U O L O C O .

---

### DIACRYDIUM CYDONIATUM.

*Pag. 3. post DIACRYDIUM GLYCYRRHISATUM.*

Scammonium pulveratum indatur cydonio malo excavato, quod pastâ farinaccâ obductum in furno vel sub cineribus secundum artem assetur : postea exceptum Scammonium usui servetur.

Observandum est Scammonium juxta leges electum in pluribus compositionibus catharticis, his correctionibus non indigere. Quandoquidem in illis plurima adhibentur medicamenta, quibus Scammonii violentia retunditur.

### CLARIFICATIO SERI LACTIS.

*Pag. 6. post MODUM PARANDI SERUM LACTIS.*

Serum lactis paratum, ut dictum fuit, turbidum est adhuc & albicans ob plurimas caseosas partes in liquore superstites. Ut igitur limpidum fiat serum, bulliat cum Cremoris Tartari drachmâ semi pro singulis seri libris, agitetur cum ovi albumine, & fiat colatura ; quæ quidem, si non sit perfectè limpida, per chartam bibulam trajiciatur.

## DECOCTUM ANTIVENEREUM LAXANS.

*Pag. 16. post DECOCTUM SUDORIFERUM.*

**Rx** Rasuræ Ligni Guaiaci,  
 Radicis Sarsaparillæ minutim sectæ, ana unciam unam.  
 Radicis Chinæ per taleolas incisæ,  
 Ligni Sassafras assulatim secti,  
 Polypodi Querni, ana unciam semissem.  
 Foliorum Orientalium, drachmas tres.  
 Rhei electi minutim concisi,  
 Glycyrrhiæ rasæ & contusæ, ana drachmas duas.  
 Seminis Coriandri, drachmam unam.  
 Nitri purificati, drachmas duas.

Macerentur per viginti-quatuor horas in  
 Aquæ communis, libris octo.

In vase terreo vitrato. Deinde suspenso in medio liquore nodulo ex aquilæ albæ subtilissimè tritæ drachmâ unâ frustulo panni linei inclusâ, bulliant omnia & coquantur ad quartæ partis diminutionem. Decoctum refrigeratum per inclinationem effundatur, & servetur ad usum.

## DECOCTUM ANTISCORBUTICUM.

*Pag. 16. post DECOCTUM AMARUM.*

**Rx** Radicum Graminis,  
 Bardanæ,  
 Oxylapathi, ana unciam unam.  
 Glycyrrhiæ rasæ & contusæ, drachmas duas.

Coquantur in  
 Aquæ communis, libris quinque ad libras quatuor.

Tum adde Decocto  
 Scobis Radicis Raphani rustici radulâ vel scobinâ  
 derasæ, unciam unam.

Paulo post in decoctum ab igne semotum injice  
 Foliorum minutim concisorum Beccabungæ,

Nasturtii,  
Cochleariæ, ana  
manipulum unum.

Vas, quod terreum vitratum esse debet, accuratè obturatur, donec liquor prorsùs refrigeratus sit. Tunc percoletur, & percolato liquori affundatur succus Mali Citrei unius expressus, & idem Malum Citreum frustulatim sectum in decocto immergatur. Serva ad usum.

## SYRUPUS ALTHÆÆ FERNELII.

*Pag. 40. post SYRUPUM DE IBISCO.*

**Rx.** Radicum Althææ, unciâs duas.  
Cicerum rubrorum, unciâs unam.  
Radicum Graminis,  
Asparagi,  
Glycyrrhiçæ mundatæ,  
Uvarum passarum expurgatarum, ana unciâs semis.  
Cymarum Althææ,  
Malvæ,  
Helxines,  
Pimpinellæ,  
Plantaginis,  
Adianti utriûsq; ana manipulum unum.  
Quatuor seminum frigidorum majorum,  
& minorum, ana  
drachmas tres.  
Coquantur ex  
Aquæ, libris sex.  
Dum quatuor supersint. Colaturæ adde  
Sacchari albi, libras quatuor.  
Percoquatur Syrupus.

SYRUPUS

## SYRUPUS HELLEBORATUS.

*Pag. 48. post. SYRUPUM DE POMIS.*

**Rx.** Radicum Hellebori nigri selectarum, unciam unam.  
 Folliculorum Sennæ, uncias tres.  
 Rhabarbari minutim concisi, unciam unam & semis.  
 Glycyrrhiæ contusæ & in filamenta divisæ,  
 unciam semis.

Macis,

Caryophyllorum,

Cinnamomi, ana drachmam unam.

Macerentur per triduum in Balneo-maris in vase vitrato  
 optimè clauso in

Succi defæcati Fumarix, libris tribus.

Deinde bulliant per horam unam, & fortiter exprimantur.

Liquor expressus per se defæcatus cum

Cassonadæ, libris duabus.

Clarificetur ex albumine ovi, & coquatur in syrupum.

CONSERVA ROSARUM RUBRARUM LIQUIDA,  
 OMNI TEMPORE PARANDA.

*Pag. 59. post CONSERVAM ROSARUM.*

**Rx.** Rosarum rubrarum exungulatarum perfecte siccata-  
 rum & tenuiter pulveratarum, uncias tres.  
 Aquæ Rosarum fragrantis Balneo-maris elicite,  
 uncias sex.

Misce, fiat massa quam immisce in

Sacchari aquâ Rosarum soluti & in tabellarum consis-  
 tentiam cocti, libris duabus.

Fiat Conserva mollior.

CONSERVA ROSARUM RUBRARUM SOLIDA  
OMNI TEMPORE PARANDA.

**Rx** Rosarum rubrarum fiscatarum, & subtilissimè pulve-  
ratarum, scrupulos quatuor.  
Cremoris Tartari pulverati, grana novem.  
Sacchari albissimi & in aquæ Rosarum fragrantis quan-  
titate sufficiente cocti, uncias quatuor.  
Misce, & admisce simul  
Succi Limonum, guttas aliquot.  
Fiant Tabellæ.

PULVIS PECTORALIS,  
SIVE LONOC SICCUM.

*Pag. 64. post PULVEREM DIAMARGARITI FRIGIDI.*

**Rx** Matris Perlarum præparatæ,  
Cornu Cervi philosophicè præparati,  
Eboris ad albedinem calcinati, ana drachmam unam.  
Sacchari candi pulverati, drachmas duas & semis.  
Olei Cacao, drachmam unam semis.  
Radicum Althææ,  
Liquiritiæ,  
Gummi Arabici,  
Tragacanthi, ana scrupulos duos.  
Radicis Iridis Florentinæ, grana sex.  
Terræ Japonicæ, grana octodecim.  
Ex omnibus exactissimè tritis, pulveratis, lævigatis fiat lege  
artis Pulvis tenuissimus.



## PULVIS TEMPERANS.

*Pag. 65. post PULVEREM E CHELIS.*

**Rx.** Tartari vitriolati, drachmas tres.  
 Salis Nitri purissimi, ana scrupulos duos.  
 Cinnabaris Antimonii,  
 Misce, fiat Pulvis subtilissimus.

## PULVIS HYDRAGOGUS.

*Pag. 71. post PULVEREM CORNACHINI.*

**Rx.** Radicis Jalapæ, unciam semis.  
           Mechoacanæ, drachmas duas.  
 Cinnamomi,  
 Rhei electi, ana scrupulos quatuor.  
 Gummi Guttæ, drachmam semis.  
 Foliorum Soldanellæ siccatorum,  
 Seminum Ebuli,  
           Anisi, ana drachmam unam.  
 Misce, fiat Pulvis.

F I N I S.

PULVIS FERREUS

℞ Ferri Pulveris ʒss

℞ Ferri Pulveris ʒss  
Margaritæ Pulveris ʒss  
Cinnabari Pulveris ʒss  
Sulphuris Pulveris ʒss  
Zinci Pulveris ʒss  
Stanni Pulveris ʒss  
Antimoni Pulveris ʒss  
Arsenicum Pulveris ʒss  
Mercurii Pulveris ʒss  
Plumbi Pulveris ʒss  
Cadmii Pulveris ʒss  
Bismuthi Pulveris ʒss  
Cupri Pulveris ʒss  
Ferro Pulveris ʒss  
Nickeli Pulveris ʒss  
Cobalti Pulveris ʒss  
Mangani Pulveris ʒss  
Calcii Pulveris ʒss  
Magnesi Pulveris ʒss  
Alumini Pulveris ʒss  
Silicij Pulveris ʒss  
Carbonis Pulveris ʒss  
Sulfuris Pulveris ʒss  
Phosphori Pulveris ʒss  
Natrii Pulveris ʒss  
Potassii Pulveris ʒss  
Ammoniaci Pulveris ʒss  
Saturæ Pulveris ʒss  
Sulphuris Pulveris ʒss  
Zinci Pulveris ʒss  
Stanni Pulveris ʒss  
Antimoni Pulveris ʒss  
Arsenicum Pulveris ʒss  
Mercurii Pulveris ʒss  
Plumbi Pulveris ʒss  
Cadmii Pulveris ʒss  
Bismuthi Pulveris ʒss  
Cupri Pulveris ʒss  
Ferro Pulveris ʒss  
Nickeli Pulveris ʒss  
Cobalti Pulveris ʒss  
Mangani Pulveris ʒss  
Calcii Pulveris ʒss  
Magnesi Pulveris ʒss  
Alumini Pulveris ʒss  
Silicij Pulveris ʒss  
Carbonis Pulveris ʒss  
Sulfuris Pulveris ʒss  
Phosphori Pulveris ʒss  
Natrii Pulveris ʒss  
Potassii Pulveris ʒss  
Ammoniaci Pulveris ʒss  
Saturæ Pulveris ʒss

PULVIS HYDRARGYRI

℞ Hydrargyri ʒss

℞ Hydrargyri ʒss  
Zinci Pulveris ʒss  
Stanni Pulveris ʒss  
Antimoni Pulveris ʒss  
Arsenicum Pulveris ʒss  
Mercurii Pulveris ʒss  
Plumbi Pulveris ʒss  
Cadmii Pulveris ʒss  
Bismuthi Pulveris ʒss  
Cupri Pulveris ʒss  
Ferro Pulveris ʒss  
Nickeli Pulveris ʒss  
Cobalti Pulveris ʒss  
Mangani Pulveris ʒss  
Calcii Pulveris ʒss  
Magnesi Pulveris ʒss  
Alumini Pulveris ʒss  
Silicij Pulveris ʒss  
Carbonis Pulveris ʒss  
Sulfuris Pulveris ʒss  
Phosphori Pulveris ʒss  
Natrii Pulveris ʒss  
Potassii Pulveris ʒss  
Ammoniaci Pulveris ʒss  
Saturæ Pulveris ʒss  
Sulphuris Pulveris ʒss  
Zinci Pulveris ʒss  
Stanni Pulveris ʒss  
Antimoni Pulveris ʒss  
Arsenicum Pulveris ʒss  
Mercurii Pulveris ʒss  
Plumbi Pulveris ʒss  
Cadmii Pulveris ʒss  
Bismuthi Pulveris ʒss  
Cupri Pulveris ʒss  
Ferro Pulveris ʒss  
Nickeli Pulveris ʒss  
Cobalti Pulveris ʒss  
Mangani Pulveris ʒss  
Calcii Pulveris ʒss  
Magnesi Pulveris ʒss  
Alumini Pulveris ʒss  
Silicij Pulveris ʒss  
Carbonis Pulveris ʒss  
Sulfuris Pulveris ʒss  
Phosphori Pulveris ʒss  
Natrii Pulveris ʒss  
Potassii Pulveris ʒss  
Ammoniaci Pulveris ʒss  
Saturæ Pulveris ʒss



# I N D E X

## RERUM ALPHABETICUS.

### A

<b>A</b> Ceta medicata.		23
Acetum Caryophyllorum.	}	
Dracunculi hortensis.		
Florum Calendulæ.		
Roris marini.		V. Acetum Rosaceum, <i>ibid.</i>
Salviæ.		
Sambuci.	}	
Rosaceum,		
Saturni		124
Scillyticum.		23
